Mnis ars[oisq doctrina. hic iam libri Incipiũt quos explicare pperamus. quos ordie hoc proseq̃mur. libros in partes pricipales diuidemus q̃s tractatus noiabimus. tractatus uero in capitula. & capitula in partes minutas q̃s dicemus paragraphos. primus itaq liber ethicorũ qui ẽ de quidditate seu diffõne felicitatis q̃ttuor cõtinet tractatus. secũda ibi qm̃ uero ut prediximus. tertia ibi unde q̃ritur utrũ p disciplinã. q̃rta ibi his ergo sic determinatis. primus tractatus ẽ prohemiũ hñs tria capl'a. secũdũ ibi si igitur. tertiũ ibi in q̃. in primo premittit quedã necessaria ad ppositi ostẽsionẽ. & diuiditur i sex ptes iuxta sex documẽta in eo cõtẽta. secũda ibi uidetur autẽ tertia ibi quorũ uero fines. quarta ibi sed cũ. q̃nta ibi quod aũt fint. sexta ibi i cũctis. In prima itaq pte phus premittit oia humana. s. artes[doctrinas[actus[& electioẽs eẽ in finẽ aliquẽ ordinata. pro cuius intellectu cõsiderãdũ q̃ sm̃ aretinũ in disputatione alfõsiniana qđ apud latinos referri dicitur: apud grecos appetere magis usitatum est.

Mnis ars[oisq doctrina[similiter aũt & actus[& electio[bonũ quod dã appetere uidet̃. Quappter bene ostenderunt summũ bonum quod omnia appetunt.

itaq apud grecos res appetũt finẽ: apud nr̃os uero magis referri[aut ordiari dicũtur. quod ad intellectũ huius passus nõ modicũ facit. dicit igit̃ primo ois ars. idest ois scia opatiua siue sit questuaria[siue ciuilis. & ois doctrina scilicet speclatiua cuiusmodi ẽ phisica[mathemetica[atheologia. simil'r aũt actus. s. exteriores opatioẽs. & electio. hoc ẽ uolũtatis opatio interior[bonũ quoddã appetere uidetur. i. in bonũ quoddã referri uidẽtur. bonũ aũt illud in qđ predicta referũtur & tanq̃ in finẽ ordinãtur ut iã patebit est bonũ ciuile. hoc ẽ ciuitatis finis supmus. s. felicitas optimũ[ac sũmũ bonũ. hec eĩ idẽ significãt. ẽ itaq aristotelis intẽtio q̃ oia q̃ in ciuitatibus q̃ diuersa uidemus: in finẽ ipius ciuitatis ordinãtur[aut referuntur[quod more grecorum p illud uerbũ appetũt expressit. Sequit̃ illa ps. Quappter bene. in q̃ ex his descriptõnẽ ab aliis dactã de sũmo bono approbat dicẽs. quappter bñ ostẽderũt. s. eudoxus & sui seq̃ces sũmũ bonũ humanum esse quod oia appetur. i. in quod oia referũtur. si quidẽ ita ẽ q̃ oia in ciuitate existẽtia in bonũ quoddã referũtur ut dicebat primo loco. necessario illud erit sũmũ bonũ in qđ oia alia ciuitatis bona referũtur qđ secũdo loco a phõ inferebat̃. sequi aũt uidet̃ p hoc quod nichil esse potest i quod oia ordiuẽtur: nisi sũmũ fuerit bonũ. qđ hic probandũ infra relinquit̃. aliqui cauillatores querũt hic quomõ lapides & singula entia bonũ aut sũmũ bonũ appetãt. dubitat etiã aliqui an phus hic uelit oẽs artes[doctrinas[actus[& electioẽs i bonũ unũ & idẽ ordiari[aut unũquodq i aliud & aliud bonũ pro solutiõe primi aliqui de nr̃is addũt hic multa perardua quidẽ ac difficilia[tam ex phia[quã ex theologia traducta. supflua tñ[ac inutilia[imo doctrine ipeditiua[at per hoc nociua. hi ut mihi quidẽ uidet̃ ex stultis insanos faciunt. aretinus uero huius sentiẽs ueritatẽ in epl'a ad uguonẽ medicũ ad illud sic respõdet[potest ne esse quiq̃ insulsius[ac puerilius quã cũ aristoteles de bono loq̃tur hũano: ad lapides & huiusmodi insẽsa cauillationẽ traducere! quod q facit lapideus. plane[insẽsatusq ipẽ est. hec ille. significãt itaq aristotelis uerba q̃ inter bona hũana unũ est sũmũ in qđ oia alia hũana bona tanq̃ in finẽ referũtur. eiusq grã hoies agere. q̃ aũt hic nõ intẽdat de sũmo bono in qđ entia totius uniuersi tanq̃ in finẽ referũtur: multiphariã patet. primo ex libris magnorũ moraliũ ubi inquit[nõ de simpl'r bonis dicẽdũ est nobis[sed de bono quoad nos. nõ eĩ querimus deorũ bonũ. nã de illo alia rõ[aliaq cõsideratio eẽt. de bono igit̃ hũano dicedũ est. hec ibi. patet etiã hoc qm̃ esset plusq̃ stultũ in pricipio id bonũ pponere quod post nusq̃ proseq̃tur. imo id bonũ a platone positũ a phõ hic nõ recipit̃. ubi eĩ illã reprehẽdit opinionẽ sic inq̃t[si eĩ unũ quoddã ẽ quod coiter de oĩbus dicat̃ bonũ[aut separabile aliq̃d per se: clarũ est id nõ esse tale qđ ab hoie agi[uel possideri queat. nũc aũt tale aliq̃d querit̃. hec phus. id igit̃ in pricipio pposuit bonũ qđ ab hoie agitur & possidetur. hoc ẽ itaq bonũ quod in sequẽti capitulo ostẽdit ciuilem scientiã intẽdere. itẽ q̃ phus hic sũmũ bonũ dixerit humanũ & nõ aliud ẽ plusq̃ manifestũ si eius litterã respiciamus i fine prohemii[ubi tractatus sic incipit. qm̃ uero ut p diximus ois cognitio[atq electio bonũ qđdã affectãt: uideamus qd est id (quod ciuilẽ

obiecti: de bono

dicimus affectare) & quid oium agibiliũ supremũ ẽ bonũ. hec phus. ecce testimoniũ apertissimũ. duo quidẽ posuit hic phus que nostrũ apertissime ostendunt propositũ. primo dicit oẽm cognitionẽ|atq; electionẽ bonum quoddam affectare ut predixerat: nusq̃ tamen hoc dixerat nisi in principio libri. secundo loco dicit id bonum ciuile intendere. quod bonũ in capitulo secundo a pho demonstratur esse bonorum sũmum. ex his itaq; nisi quis ineptire uelit plus est q̃ manifestũ aristotelẽ sũmum bonũ nõ uniuersi|sed humanũ solũ proposuisse. ex his quoq; patet solutio ad id quod loco secũdo ab aliis querebatur. ſm eĩm hanc phi sententiã patet φ illud unum & idem bonũ qđ ciuilis scientia intendit est bonum in quod oĩs artes atq; doctrine|actus & electioẽs ultimo referuntur. ex his etiam patet eos ineptire qui petunt| quãdo phus proposuit ois ars|oĩsq; doctrina|similiter autẽ actus & electio: quare nõ addidit elementa|elemẽtata|atq; stellas|& celos bonum quoddã appetere. ad hoc dicimus φ phs solũ proposuit humana in bonũ quoddã referri de quo hic solum tractarꝫ intendit. sed de his attenus.

Videtur autem inter fines differentia quedam: alii nãq; sunt operationes: alii preter eas opera quedã. Quorũ uero fines sunt aliqui p̃ter actioẽs in his potiora sũt opera q̃ opationes. Sed cũ multi sint actus & artes & sciẽ: fit etiam ut multi sint fines. Nã medicine quidẽ sanitas nauicularie uero nauigium rei militaris autẽ uictoria economice uero diuicie.

Videtur autem. hec est secunda pars huius capituli in qua phus premittit finiũ differentiã: dicens uidetur aũt inter fines differẽtia quedã. alii nãq; fines sunt operatioens|alii preter eas opera aliqua. i. alique res operate que sunt preter eas operationes. i. ab eis distincte tanq̃ posterius a priori. & effectus a causa. ad cuius euidentiã considerandũ φ operationũ quedam manent in agente ut intelligere uelle & sentire. alie in exteriorẽ materiã transeũt. & hoc bifariã fit. quedã eĩm exteriorẽ materiã nõ transmutãt|sed eam assumũt solũ ad usum. ut cum aliquis assumit cithatã ad citharizandũ. cultelũ ad scindendũ. equũ ad equitandũ. arma ad pugnandum. alie uero sũt que materiã ad aliquã formã transmutãt. ut frenꝫfactiua que ferrũ transmutat ad formã freni. & edificatiua lateres & ligna in formã domus. prime quidem operationes & secũde fines esse possunt. tertie uero operationes generatioẽs sũt que nõ ipe|sed res genite earũ fines erunt. & que manẽt in agẽte nono methaphisice actiones sunt dicte. que uero transeũt: factiones. hec tamẽ differẽtia uocabuli per raro in loquẽdo ab aristotele tenetur. est eĩm apud eum frequentatũ uniuersas operationes: actiones nominare. Quorũ uero fines. hec est tertia pars capituli in q̃ premittit finiũ cõparationẽ|dicens sed in his. s. operationibus potiora. i. meliora sunt opera: idest res operate|intellige quã operatio ẽs. quorũ. i. quarũ operationũ fines sũt aliqui preter actiones. i. diuersi aut distinti ab operationibus. & est hic aduertendũ φ in re facta ut in cultelo quedã operatio precedit cultelũ. s. factio ipius. & hac operatiõe cultelus est melior. cũ sit eius finis. alia uero est operatio que sequitur rem factã. ut usus cultelli: cultelũ sequitur. & hec talis operatio potior est quã res facta. cum ad eam tanq̃ ad finẽ res facta ordinetur. itaq; aristoteles hic loquitur de operationibus que res factas precedunt|nõ autẽ de his que secũtur. Sed cũ multi. hoc ẽ quartũ quod hic premittit in quo ostendit diuersa in fines diuersos ordinari. & ait sed cũ multi. i. diuersi genere aut spe sint actus artes & sciẽtie fit. i. seqtur etiã ut multi. i. diuersi sint fines: genere. s. aut specie. quod exẽplo illustrius faciens: inquit sunt itaq; diuersi fines. nam medicine sanitas ẽst finis. nauicularie. i. artis factiue: nauis nauigiũ. i. nauis: ẽ finis. rei militaris uero. i. artis militãdi: uictoria est finis. economice uero. i. sciẽtie dispẽsatiue domus: diuicie sunt fines. & loquitur hic phus nõ ſm propriã| sed multorũ opionem qui putant economicã esse questuariã. hanc tamẽ opionem reprobat in primo polithice: ubi ostendit economicã nõ esse seruillẽ. nec ad eam pertinere diuicias cõparare|& adqrere|sed eas adquisitas prudẽter dispensare. aduertendũ est etiam hic φ artium & scientiarũ noia plurimũ sũt greca uocabula in nostras declinatioẽs transformata. quãdo uero nostri eas latinis noibus noiare uolũt: cum simplicia nõ habeãt: p hoc nomẽ res cũ aliquo adiũcto sciẽtias describũt. ut resrustica. respublica. res familiaris:

resmilitaris. itaq̧ resmilitaris nobis significat scientiā siue artē militādi. Item aduertendū est ꝙ licet diuersorū sint fines diuersi in quos tanq̄ in proprios imediate referūtur: oīm tamē est unus suppremus finis in quē (ut aristoteles iam proposuit & infra

¶ Quot autem sunt huiusmodi: sub una aliqua uirtute queādmodum ars frenorū faciendorum & alie oms que ad structuram equorū pertinent sub equestri consistunt. Ipa uero equestris & oīs bellica actio sub re militari: eodemq̧ modo alie sub aliis. ¶ In cunctis autē fines earum que magis principes sunt oībus inferioribus sunt anteponendi. nam illorū gratia istos prosequmur. Nihil autē refert utrū operatioēs ipe fines sint actuū uel pter ipas aliud qddā queādmodū in his q̄ appellātur scie. I igitur agibilium finis quispiam est quem propter seipm uelim⁹: alia uero

probandum reliquerat) uniuersa ordinantur. ¶ Quot autē sūt hic premittit quintū. in quo scientiarum adinuicē ordinē tangit. dicit igitur quot autē idest quecūq̧ scientie sunt huiusmodi. i. tales. s. in fines diuersos ordinate: consistūt sub una aliqua uirtute. s. intellectiua. quasi dicat prefacte scientie sic se adinuicem habent ꝙ una sub alia ordinatur. queādmodū ars frenorum faciendorū & alie oms artes que ad structuram equorum pertinent ut selefactiua & ferpidarum operatiua sub equestri consistunt. hoc est equestri seruiunt. at per hoc ad eam ordināntur. equestris uero & ois belica actio. i. ars bellice agens ut fundibularia & sagitaria sub remilitari consistūt. & eodē modo alie artes sub aliis consistunt. quasi dicat sicut est de his in quibus exempla posuimus: sic in aliis se habet scientiis & artibus. itaq̧ de fine in finē quousq̧ ad sūmum perueniat nr̄a graditur atq̧ procedit intentio. & phus per equestrē intelligit artē que debet equos domare & eos ad bellū reimilitari aptos reddere. milites uero aristoteles intelligit nō solum eos qui equites: uerūetiam qui pedites malū a ciuitate propulsando pugnant. itaq̧ in nr̄o hispanico idiomate pro milite par uocabulū nō habemus nisi forte id esse dicamus hidalgo. ¶ In cunctis autē. hec est sesta pars in qua ostendit talem inter fines esse ordinē qualis inter scientias fuerit. dicit igitur in cunctis aūt scientiis fines earū scientiarū que sunt magis principes. i. magis principales aut principantes & est dicere magis excellentes oībus inferioribus finibus sunt anteponēdi. i. pteferendi. cuius rei causa est nam persequimur. i. prosequimur istos. s. inferiores fines gratia illorū. s. dignitate & excellentia superiorū finiū. est itaq̧ aristotelis sententia que ad reliqua dicenda nō modicū facit ꝙ sicut scientia una ad aliam se habet: sic eius finis & bonū ad finē & bonū alterius. Et quia posses in dubiū uenire an finē excellentiorē esse operationē uel rem operatā aliquid differat. Itaq̧ dubitaret aliquis an finis ille qui est excellentior esse debeat operatio an res operata. ad hoc respōdet phs ibi. ¶ Nihil autē refert. dicens nihil refert. i. differt ad hoc ꝙ unus finis sit alio excellentior utrum operationes ipe fines sint actuum. i. actorū uel factorū. est quidē enfasis. substantiuū eīm pro adiectiuo posuit. uel pteter ipas aliud quoddā. i. ab ipis aliud quoddā. & hoc exēplo ostendens ait queādmodū in his rebus prefactis que appellātur scie. ut frenorū factīa cuius finis ē res opata. s. frenū cōsistit sub eq̄stri cuius finis ē operatio exercitatie qdē finis ē opatio. s. exerciciū & supponit medicie cuius finis ē res facta. s. sanitas. patet igit̄ ꝙ scie inferioris finis potest esse & res operata & opatio. uel aliter & forte melius. est quidē apud phum usitatū scientias & artes atq̧ uniuersa humana actus nominate. est igitur aristotelis intentio ꝙ fines esse operationes aut res operatas nihil differt ad hoc ꝙ sint humani. itaq̧ tam operationes quā res operate esse possunt indifferenter fines humani. i. humanarū terū. & hoc est quod dicit utrū operationes ipe fines sint actuum. i. rerū humanatū uel preter ipas operationes aliud quidam. s. res operata nihil refert. i. nihil differt. intellige quantū ad hoc ꝙ sint fines humani. queādmodū apparet in his rebus humanis q̄ dnt scie i quibus fines aliqui sunt operationes. ut in equestri & militari. aliqui uero sunt res operate. ut in medecina & nauicularia. & illa quidē dictio utrū nō interrogatie sed disiūctiue teneti uidet̄.

I igitur agibiliū. hoc est secundū capitulū in quo phs his suppositis tria demōs

trat. primo ꝙ agibiliũ sit aliquis finis supremus & optimus. secũdo ꝙ huius finis cognitio sit homini necessaria. tertio ꝙ ad ciuilem scientiã pertineat de tali fine tractare Secunda ibi atq; huius nimirũ. tertia ibi uidetur profecto eius esse. In prima quidem parte interrogando procedit dicens[si idest an igitur. agibiliũ finis quispiam est[quẽ propter se ipm uelimus[alia uero propter illum: nec oia propter aliud optamus: sumitur hic nec pro & & nõ. ut dicat[& an est sic ꝙ nõ oia propter aliud optamus: quasi dicat fatendũ est esse aliquẽ finẽ quẽ propter se ipm uelimus[alia uero propter illum. & fatẽdũ est etiam ꝙ nõ oia propter aliud optamus. nam sic idest si oia propter aliud optaremus: i infinitũ eẽt progressus[uanaq; & stulta resultaret cupiditas. quod uero agibilium phus dixit: intellige rerum humanarũ. artes eĩm & scientias[operationes & electiones[atq; uniuersa humana consueuerat[agibilia nominare. illa etiam tria incõuenietia que iuxta finẽ ponunt

propter illum: nec omnia propter aliud optamus; nam sic in infinitum esset progressus. uanaq; & stulta resultaret cupiditas: manifestũ est id esse sũmum bonum & optimũm. At ꝙ huius nimirum cognitio ad nostram uitam multum confert: ac ueluti signum sagittarii habentes facilius qđ oportet assequeremur

sic se habẽt ꝙ primũ antecedit secundũ. & secundũ infert tertium. si eĩ progressus in finibus esset infinitus: cupiditas ultimi finis esset uana. cum id uanũ dicamus quod in finẽ peruenire nõ potest. & ex hoc tertiũ infertur. si eĩm cupiditas esset uana: nõ prudenter nec sapienter eẽt ordinata. at per hoc sine dubio stulta foret. quod de rebus nature fm phum primo de celo nequaq̃ dici potest. ne igitur cupiditas ultimi finis nobis a natura inserta sit uana atq; stulta: dandus est ultimus finis. de quo phus in fine concludit manifestũ id esse sũmum bonũ & optimũ. per hoc eĩm ꝙ est ultimũ esse sũmũ: at per hoc optimũ dicitur. potest etiã ille textus aliter legi. illa eĩm dictio si in principio posita potest teneri pro quia. & tunc erit sensus[quia igitur agibilium. i. rerũ humanarũ finis quispiã est quẽ propter se ipm uolumus[alia uero propter illũ: nec omia propter alia optamus. quasi dicat quia ita est ꝙ agibiliũ est aliquis finis ultimus: ita se habebit ꝙ nõ oia propter alia optabimus. & hoc modo intelligendo: sequens littera ẽ probatio antecedentis. nam sic. i. si nõ sit finis quispiam agibiliũ quẽ propter se ipm uelimus[alia uero propter illũ: in infinitũ esset progressus uanaq; & stulta resultaret cupiditas: & ex his ut primo dicebatur loco infert manifestũ est id esse sũmum bonũ & optimũ. & licet uterq; littere cõueniat: primus tamẽ intellectus in eo compẽdio qđ de moribus cõpillarat uidetur magis aretino placere. ex hac uero sententia phi ut mihi quidẽ uidetur satis demonstratur id quod in principio proposuit. si eĩm agibilium est aliquis unus finis supremus ut hic probat: necessario oms artes[doctrine[actus & electiones in aliqđ unũ bonũ ultimo referũtur. quod ibi hic probandũ proposuit. patet etiam plane dictũ eudoxi quod loco secũdo inferebatur. si ille eñi finis ultimus ultra quẽ alius nõ est[& in quẽ oia referũtur sũmum & optimum bonũ esse hic a pħo infertur: erit probe dictũ sũmum bonũ esse qđ oia appetũt. Atq; huius nimirũ. hec est secunda pars huius capituli. in qua duo facit. primo ostendit ꝙ finis optimi cognitio sit homini necessaria. secũdo quid & qualiter de eo sit cõsiderandũ. secũda ibi uidetur profecto. dicit ergo primo atq; nimirũ. i. certe cognitio huius. s. finis optimi ad uitã nostrã multũ conferet. i. proderit. hoc est itaq; aristotelis institutũ. quod exemplo sic probat[ac nos intellige talẽ finẽ cognoscendo: assequemur facilius qđ oportet[hoc est res oportunas & cõuenientes ad finẽ. uelud idest sicut sagittarii signũ habentes intellige facilius sagittas in eũ signũ dirigere possunt. qualẽ itaq; cõparationẽ signũ ad sagitarios: talẽ habet ultimus finis ad hoĩes. que uero in finẽ ordinantur sagitis similia sũt. nec igitur sagitarii in signũ sagitas[nec hoĩes opationes in finẽ recte dirigere possũt: nisi illis quidẽ signi: his uero finis perfecta preexistat cognitio. est aduertẽdũ ꝙ aristoteles hic sicut plurimũ in tota phia tam phisica quã ethica utitur argumentatione nõ dialetica[sed rhetorica. quã paucissime eĩ sillogismo utitur. inductiõe quidẽ rato. entimemata uero & exẽpla adeo sũt frequẽtata ut ea quotidiana recte dixeri argumẽta. ego quoq; hãc eamdẽ uiã demõstrãdi cũ pħo tenere intẽdo. nõ eĩm adeo arro

A lius sensq.

gans ero ut aristotelem emendare uelim. uolo itaq; potius cum eo errare(eiusq; usam in argumentis tenendo: eum planũ facere: quam cũ illis recte dicere qui per fictas ne scio quales argumẽtorũ formas pħium obscuriorẽ reddunt. hi sunt illi temerarii qui putant aristotelẽ in pħia sillogisticas argumentationes in confidetate ommisisse tanq̃ eum dialectice argucies nõ satis uiderint: ignorantes illud in elenchis aristotelicum dictum(de thetoricis quidẽ erant multa & antiqua dicta: de sillogismis autem nihil(nisi quod attritione propria quesiuimus. de sola itaq; dialectica aristoteles gloriatur. se eam totam inuenisse. in pħica igitur atq; in ethica plurimũ utitur argumentatiõe rhetorica cum hec materie de qua agitur magis cõueniat. hominibusq; etiam quibus in his doctrina traditur. itaq; sillogistica forma licet in se sit efficatior: discipulis tamẽ qui plurimũ rudes sunt minus habẽt utilitatis. apud quos exẽpla oĩ arguinẽtatiõe debiliora plurimã hñt efficatiã Sed de his attenus.

¶Qđ si ita est: annitendum est id ip̃m quasi per figuram comprehendere quid sit: & cuius scientiarũ uel facultatum. ¶Videtur profecto eius esse que maxime dominetur atq; presideat. Talis uero ciuilis apparet. Hec eim & q̃s disciplinas in ciuitatibus esse & quales quẽq; addiscere: & quousq; oportet ipsa disponit. Vidimus & honoratissimas facultates huic sub esse ut rem militatem economicã rhetoricam.

¶Qđ si ita annitendũ. hic ostendit quid & qualiter de huiusmodi fine sit considerandũ. dicẽs q̃ si ita: annitendũ est id ip̃m quasi per figuram cõprehendere quid sit. & cuius scientiarũ uel facultatũ. quasi dicat si ita est q̃ nos sũmi boni cognitionẽ habentes: facilius quod oportet assequmur annitendũ. i. cognandũ est comprehendere quasi. i. tanq̃ per figurã quid sit id ip̃m sũmu boni. & cuius scientiarũ(uel facultatũ. i. ad quam scientiã uel facultatẽ eius consideratio pertineat. illud uero quod in principio positũ nõ relatiue(uerũ pro cõiunctione sed. ponitur. Item quod i fine dixit scientiarũ(uel facultatũ per interpretationẽ dictũ esse uidetur. idem eim per utrũq; signãt. aduertendũ q̃ per illa duo quid sit & cuius scientiarũ tetigit illud de quo dicere intendit. quorũ secundũ immediate prosequit usq; ad ipius perfectam conclusione. de primo uero prosequitur in tractatu ibi quoni am uero ut prius diximus. id uero q̃ pħs dixit quasi per figurã tetigit modũ tractãdi dicere autem per figurã est doctrina per exempla(ac rerũ similitudines tradere. at p hoc etiam quando res imperfecte demonstratur: per figurã a pħo demonstrari dicitur sm eim perspectiuã scientiã oĩs cognitio que nõ a re(sed ab eius figura sumitur: hoc habet ut imperfecta sit. inde est q̃ nemo sic propriã sicut alienã potest cognoscere faciem. hac igitur de causa demonstratio per figurã dicta est nõ solũ exẽplaris(sed etiã oĩs imperfecta. de sũmo quidẽ bono doctrina ab aristotele tradita per figurã fieri dicitur(qm plurimũ per exẽpla traditur. in ea eni parte ubi quid sm esse propriũ felicitas sit demonstratur: nõ aliter q̃m citaredi exemplo id notũ fit. ul' dic q̃ rei figura differt ab eius pictura tamq̃ imperfectũ a perfecto. inde est q̃ oĩs impfecta doctrina ab aristotele per figurã fieri dicit. Videtur profecto eius esse. hec est tertia pars principalis huius capituli in qua ostendit q̃ sũmi boni consideratio ad ciuilẽ scientiã pertineat. & facit duo. primo demonstrat q̃ ad ciuilẽ pertineat consideratio sũmi boni. secũdo ostendit id de quo ciuilis considerat nõ esse bonũ unius tantũ(sed ciuitatis aut gẽtis Secũda ibi itaq; illud utiq; erit. in prima parte duo facit. primo ponit rationẽ. secũdo colligens partes argumentationis concludit. secunda ibi cunq; scientiis. dicit ergo sũmi boni consideratio eius profecto esse uidetur scientie que maxime dominetur atq; presideat. ciuilis uero talis apparet ut maxime dominetur(atq; presideat. hec ẽ igitur aristotelis argumentatio. cuius prima propositio est nota ex dictis (in capitulo precedente in ea parte in cunctis autem fines earum que magis principes sunt. secundam uero propositionẽ bifariam probat. primo sic(hec eim quales disciplinas in ciuitatibus esse(& quales quenq; adiscere. intellige conueniat(& quousq; idest quanto tempore ipsa disponit(hoc est ordinat. huic alia subiũgitur probatio ibi cum dicit(uidemus eim honoratissimas facultates huic sub esse. ut rem militatem economicam rhetori-

cam. his & huiuſmodi ciuilis utitur quas philoſophus hic honoratiſſimas dicit p con parationem ad queſtuarias. aduertendum ꝙ philoſophus quando dixit hec eim quales diſciplinas in ciuitatibus eſſe[& quales quemq̃ adiſcere[& quouſq; oportet ipa diſ ponit: non loquitur de ciuitatibus hiſpanie in quibus de iuuenibus nulla eſt ciuilis cura: ſed de his tantum que recte gubernantur. cum eim ſecūdum philoſophū in primo politice puerorum prauitas non paruam rei publice partem corrumpat: nō parua cura publica circa pueros & iuuenes eſſe adibēda.

Cunq; ſcientiis reliquis: quarum eſt in agē do opus utatur: ac preterea leges ferat & quid agere quiſq; a quoue abſtinere debeat ipſa conſtituat eius profecto finis aliarum fines continebit. Itaq; illud utiq; erit ſummum humanum bonum Etſi eim idem eſt uni & ciuitati maius tamen & perfectius ciuitatis eſſe uidetur in capiendo & in conſeruando amabile quidem & uni ſoli pulchrius tamen ac diuinius genti ciuitatibuſq; Intentio igitur circa iſta uerſatur ciuilis quedā cōſideratio exiſtēs.

Cunq; ſci entiis reliquis. hic colligēs partes argumentationis: concludit intentum. & primo reſumit qd̄ loco ſecundo arguebatur dicēs & cū ciuilis utatur reliquis ſcientiis quarum opus eſt ideſt cōſiſtit in agendo[non autem in ſpeculando: ac preterea leges ferat ideſt conſtituat: & quid agere quiſq;[uel a quo abſtinere debeat ipa ciuilis conſtituat ideſt ordinet: eius profecto finis aliarum ſcientiarum fines continebit. & hec eſt rationis concluſio Idem enim dicere eſt huius finis aliarum fines continet[ac ſi dixeris hec de ultimo conſiderat bono quod cetera cōtinet bona. & notandum ꝙ philoſophus non inconſiderate dixerit quarum eſt in agēdo opus. ciuilis quidem utitur omnibus ſcientiis praticis[non autem ſpeculatiuis. diſponit quoq; & ordinat circa omnes ſcientias. aliter tamen circa praticas [& aliter circa ſpeculatiuas. in praticis eim actum[& modum agendi quantum ad formam rei facte conſtituit. precepit quidē frenorum factiue non ſolum facere[ſed etiam ꝙ tale frenum faciat. circa ſpeculatiuas quidem actum ſolum[non autem modum agendi inſtituit. itaq; ut libro ſexto planius fiet ciuilis non ſpeculatiuis[ſed ad ſpeculatiuas precepit ſcientias. hoc autem facit ordinem inſtituendo talem quo ciues[aut eorum plures ſapientes efficiantur. Sequitur illa pars. Itaq; illud. in qua oſtendit ꝙ illud bonum de quo ciuilis conſiderat ſit non unius ſed ciuitatis totius bonum. pro cuius intellectu conſiderandum ꝙ ſecundum philoſophū polithicorum ſeptimo[idem ſecundum rationem aut diffinitionem eſt unius hominis & ciuitatis felicitas. ſi quidem inquid unius felicitas: externorum affluentia dicatur: ciuitas diuitiis abundans : felix erit. ſi autem unius proſperitas in potentia ponatur: ea quoq; ciuitas erit proſpera que aliis ciuitatibus dominetur. & ſi unius beatitudo uirtutis operatio dicatur: ciuitates ille erunt beate que ſecundum uirtutem uixerint. differt itaq; unius & ciuitatis bonum tā q̃ pars & totum. ſicut eim unus ad ciuitatem: ſic & bonum priuatum ad bonum ciuile ar per hoc bonum ciuile longe melius erit q̃ bonum unius hominis. etiam ſi utrumq; ſūmum fuerit bonum. itaq; quoniā totius bonum ſine comparatiōe bonum partis excedit erit profecto ciuitatis felicitas multo melior q̃ unius felicitas. hoc igitur habito: patet quid hic philoſophus dixerit. circa quod primo intentum premittens: ait itaꝙ illud ſcilicet bonum ciuile[de quo ciuilis ſcientia conſiderat erit ſūmum bonū humanum. quaſi dicat bonum unius non poteſt eſſe ſūmum bonum humanum[ſed ciuitatis aut gentis: bonum inter humana bona ſolum habet ꝙ ſit ſūmum. quod ariſtoteles ſic probat[eim pro quia. ſi pro q̃uis. idem ſecundū rationem ſit bonum uni homini & toti ciuitati: maius tamē ac perfectius uidetur bonum ſūmum ciuitatis q̃ bonū ſūmum unius in capiendo ideſt acquirendo[& in conſeruando. eodēq; modo ſe habet bonum ciuitatis ad bonum gentis ſicut eim ciuitatis ad unius hominis : ſic & gentis ad ciuitatis bonum ſe habet tanq̃ totum ad partē. totum uero multo melius ē q̃ pars. & hoc eſt quod ait adquirere[aut procurare bonum ſūmum uni ciuitati amabile quidem eſt: pulchrius tamē ac diuinius ideſt deo ſimilius eſt procurare bonū ſūmum gē-

ni & ciuitatibus.per gentem uero & ciuitates idem intelligit. est eim gens prouincia plures includens ciuitates.& ex his philosophus concludit dicens igitur circa ista sci licet bonum sūmum ciuitatis & gentis uersatur idest negociatur intentio huius sciē tie existens ciuilis quedam consideratio. hoc est de bono ciuili considerans.& dixit q̃ dam ut eam a legali distingueret.stat igitur ratio aristotelis in hoc| ciuilis scientia est de bono humano supremo & optimo:sed tale nō est unius| sed ciuitatis aut gentis ut probatum est:erit igitur ciuilis scientia de bono ciuili quod ciuitatis aut gētis bonū dicitur.itaqꝫ bonum ciuitatis & bonum gentis aristoteles bonum ciuile indistinte ap pellat.quod autem dixit pulchrius intellige honestius. bona eim quanto meliora:tan to honestiora.uł dic id ab aristotele esse dictum per metaphoram. sicut eim corpora si bene sint proporcionata| quanto maiora tanto pulchriora:sic etiā & maiora bona pul chriora dicuntur.at per hoc diuiniora.est eim usitatum apud aristotelem ingentia bo na tanq̃ deo similia diuina apellare.que uero inter ea excellentiora sunt diuiniora di cuntur.tres itaqꝫ ab aristotele felicitates hic proponuntur.s. unius hominis & ciuita tis ac gentis.inter hec uero tria ingentia bona sunt duo ultima.at per hoc diuina q̃- si deo similia.sed quia secundum se habet ad primū tanq̃ totum ad partem| tertiū quo qꝫ ad secundum & primum:inde est ꝙ sūmum bonum ciuitatis maius ac perfectius ē dictum quā sūmum bonum unius.duo quidem ultima pulchra| ac diuina cum sint:ul timum tamen quia ad aliud se habet ut totum ad partem:erit utiqꝫ pulchrius ac diui- nius.hec ut mihi quidem uidetur fuerit aristotelis intentio ꝙ ciuilis sciētia maxima cum sit.de bono maximo erit eius consideratio.tale autem nō unius hominis| sed ci- uitatis aut gentis cum sit:erit profecto ciuilis consideratio de ciuitatis| aut gentis sū- mo bono| quod ab aristotele indistincte bonum ciuile dicitur. ex his alia quedam sa- tis utilia intelliguntur.primo quis finis & quid genus huius scientie dicatur.est qui dem finis ipsius bonum ciuile.genus uero ciuilis scientia.cui tanq̃ generi species mo ralis & legalis supponuntur.secundo sequitur illam librorum de moribus distintio- nem puerilē esse falsam.aliqui eim nō satis considerantes dictum hic ab aristotele dis tingunt ethicam apolithica & economica per hoc ꝙ in ethicorū libro de unius bono tractetur| in polithica uero de ciuili| & in economica de bono familie. patet totū hoc falsum esse.cum aristoteles plane dixerit atqꝫ probauerit uniuersā ciuilem scientiam de bono ciuili tractare.res uero quibus in bonum ciuile peruenimus sunt diuerse| & quā plures.de earum autem quibusdam libro ethicorū| de aliis quidem economicorū & polithicorū libris tractatur.patet etiam tertio stultam & ineptam esse eorum doc- trinam qui dicunt ethicam hominē ordinare in se uel ad se.ciuilem uero ad proximū theologiam autē ad deum.nequeo satis credere ꝙ isti aristotelem unquā uiderint.ap- te eim trifariam aberrant.falsum profecto est eorum primū dictum.quoniā in ethica non paruus est tractatus de iustitia ac de amicicia| quarum utraqꝫ ordinat hominē ad proximum.de ciuili quoqꝫ prudentia tanq̃ de principali prudentie parte libro sexto consideratur.de his tamē nusq̃ in polithica a philosopho doctrina traditur. per quod patet etiam secundū eorum dictum esse falsum. si quidem per ciuilem intelligant uni uersam scientiā que de moribus ac legibus considerat:manifestū est eos ineptire.si q dē per ciuilē intelligant eā solā scientiā que de re publica eiusqꝫ spēbus cōsiderat: pla nū est hos hoīes eum librū nunq̃ legisse.in eo quidē libro qui grece polithica| uel lati ne de republica intitulatur:nusquā aristoteles tales uirtutes considerauit que hoīem ad proximū ordinarent.tertiū quoqꝫ eorū dictū nō minus| imo magis erroneū est.si q dē per theologiā intelligant sapientiā:patet ꝙ eius nō est hoīem ordinare| sed potius in ipsam uel in eius operationē homo ordinatur.itaqꝫ nō ab ipsa| sed ī ipsam homo per ciuilē scientiā uel prudentiā ordinatur:ut ethicorū sexto probatur.si uero per theo- logiā intelligāt eam scientiā que hominē ordinat in caritatis| aut gratie operationē: planū est hos hoīes philosophū nō intelligere.ea eim sciētia ab aristotele ciuilis dicit que considerat de supremo bono ciuitatis quodcūqꝫ illud sit.siue eim sit affluētia ex- ternorū bonorū| siue sūma potētia| siue uirtutis pratice| aut specularitue operatio non differt.hec profecto ē doctrina phi ī septimo polithicorū ubi credēs ꝙ sūmū bonum esset opatio uirtutis uacatiue:ciuitatē eā solū optime gubernari dixit q̃ ab hoīe ciuili ac legislatore in uitā cōtēplatiuā ordīatur| illa itaqꝫ scientia praticarū suprema q̃ de ciuitatis bono supremo cōsiderat a phło dicta ē ciuilis.igiť si ciuitatē uiuere ſm grām

aut charitatẽ sit ciuitatis suppremũ ac bonum optimũ: ea scientia que ciuitatem ĩ tale bonum ordinat hic ab aristotele ciuilis appellatur. nec differt hoc aut illud esse bonum: dum tamẽ sit sũmum & optimũ. patet igitur tria illorum dicta errorem implicare. ex quibus quarto colligitur ꝙ liber ethicorũ & polithicorũ nõ differunt per fines tanq̃ ibi de uno hic de alio consideretur: distinguntur autẽ per hoc ꝙ ibi de quibusdã hic uero de aliis rebus consideratur quibus ille suppremus finis cõparatur & adquiritur. similis huic est distinctio librorũ medecine in quibus de rebus diuersis tractatur per quas res peruenitur in sanitatẽ que finis est in cunctis medecine codicibus. quinto intelligitur ꝙ si charitatis operatio bonũ ciuile ponatur: charitas ordinabitur ĩ bonũ ciuile tanq̃ efficiẽs ciuilis uero scĩa q̃ ab aliis theologia dicitur in eũdem bonũ ordinatur nõ tanq̃ illud efficiẽs sed tanq̃ ad illud disponẽs. si uero ciuitatis bonũ sũmum ponatur sapientie operatio quod aristoteli magis placet: ipa eadem sapientia ordinabitur in bonũ ciuile tanq̃ efficiens in finẽ: ciuilis uero scientia tanq̃ disponẽs. sicut eĩm medecina nõ efficit sanitatẽ sed ad sanitatẽ disponit: sic ciuilis nõ efficit bonũ ciuile sed ad ciuile bonũ disponit. sextum ex hoc sequitur ꝙ sicut medicina in dignitate & excellentia nõ adequatur nature que sanitatẽ efficit: sic & ciuilis scientia non adequatur illi uirtuti q̃ bonũ ciuile efficit siue talis uirtus sit charitas siue gratia siue sapientia ut placet philosopho. ex quo septimo patet q̃lis sit ciuilis scientie ad theologiã cõparatio. si quidẽ per theologiã intelligas eam scientiã que hominẽ & ciuitatem ordinat in bonum suptemũ: patet theologiam & ciuilẽ nõ differre. sed erit tantũmodo differentia in nomine. itaq; a philosopho ciuilis ab aliis theologia appellabitur ea sciẽtia que nõ efficit sed disponit ad optimũ. si uero per theologiã intelligatur sapientia: erit utiq; theologia que bonum efficit ciuile: tantum excellentior ciuili scientia quantũ natura efficiens sanitatem excellit medicinã que ad sanitatem disponit. ex his octauo sequitur ꝙ bonum ciuile nõ est immediatũ obiectum ciuilis scientie. illud eĩm obiectum potentie ac scientie est immediatum in quod eius operatio immediate terminatur. sicut igitur in medicina res ipe quibus in sanitatem peruenitur sunt obiectum medicine sanitas uero nõ obiectũ sed finis: sic & in ciuili scientia res quibus bonum ciuile comparatur & adquiritur, erunt obiectum ipius scientie ciuilis. bonum uero ciuile finis & nõ obiectum dici uidetur. nõ igitur per fines codices ciuilis scientie differunt sed per hoc ꝙ in eis tractatur de rebus diuersis quibus in finẽ unũ peruenitur. nonũ qđ ex prefactis cognoscitẽ est cõparatio ciuilis scie ad prudẽtiã. erit itaq; ciuilis scĩa ipius prudẽtie pars. sicut eĩ ex libro sexto planũ fiet oĩs habitus intellectiuus qui uitã humanã ad honestũ finem dirigit aut prudẽtia est aut sub prudẽtia cõtinetur. talis uero ciuilis apparet: cũ nõ in paruũ aut mediocre sed ĩ maximũ bonũ uitã dirigat humanã. sed de his attenus.

N qua dici ad sufficientiam putandũ erit si secundum subiectam materiam declaretur. Nam certitudo quidem nõ eodem modo est in omnibus querenda queadmodũ in artificum operibus. Honesta uero & iusta de quibus ciuilis considerat tantam uarietatẽ & discrepantiam habent ut lege duntaxat non autem natura constare uideantur talem quãdam & ipsa bona habent uarietatem propterea ꝙ sepe ab illis accidunt detrimenta. Iam enim quidam ob diuicias peribere alii ob fortitudinem. Satis ergo fuerit de his & ex his loquentes grosso modo ac ueluti per figuram ueritatem ostendere: & secundum ea qua plurimum fieri solent de huiusmodi rebus transigere.

N qua dici ad sufficiẽtiã. hoc est tertiũ capitulũ de modo procedendi huius scientie. de qualitate quoq; auditoris. secunda ibi quisq; bene iudicat. prima duas habet partes. primo ponit modũ tractandi quantũ ad doctorem. secundo quantum ad auditorem. secunda ibi eodemq; modo. in prima parte procedit sic primo intentũ premittens ait in qua ciuili scientia dicit. i. tractari ad sufficientiã. i. sufficienter putandum erit: si secundũ subiectã materiã. i. conditionẽ & qualitatẽ subiecte materie de-

claretur.i.tractetur. hoc est igitur aristotelis institutũ. quod sic probat[nam certitudo quidẽ nõ est perquirẽda eodẽ modo in oibus generibus sciẽtiarũ. hec ẽ prima sue rationis propositio quã immediate probat per simile dicẽs quẽadmodũ nec in artificum operibus nõ eodẽ modo ẽ sumẽda firmitudo. uariatur eñ secundũ materiã. ut domus lapidea firmior[ac durabilior est: quã si ipa eadẽ ex terra[uel lignis fuerit constructa. post hec aũt pħus sumit minorẽ dicẽs[honesta uero & iusta de quibus ciuilis considerat tantã uarietatẽ & discrepantiam habẽt ut lege & opinione dũtaxat nõ aũt natura constare uideãtur aliquibus erronee opinãtibus. qui putãt nulla esse honesta & iusta ex natura: sed oĩa talia esse dũtaxat ex lege uel cõsuetudine. probat idem aristotelis in bonis externis[& corporis dicẽs. ipa externa q̃ uulgo sola putantur bona habẽt quandam uariabilitatẽ talẽ.i. similẽ precedẽti. propterea ꝙ.i. quia sepe accidũt detrimenta ab illis.i. propter illa[uel illorũ ocasione. iam eñ quidã periere interfecti a latroĩbus ob diuicias. alii periere ob fortitudinẽ corporis. cuius occasione aliqua pericula temere aggressi sũt. & ex his pħus cõcludit dicẽs satis ergo fuerit.i. erit nos loq̃ntes de his quantũ ad principia. & ex his quantũ ad conclusiones: grosso modo ac ueluti per figuram.i. exẽplum: ueritatẽ ostẽdere. & secundum ea que plurimũ.i. pro maiori parte fieri solent: transigere de rebus huiusmodi.i. talibus que talẽ ac tantam habẽt in se uarietatem & discrepantiã. hec est igitur aristotelis conclusio[ꝙ de huiusmodi rebus intẽdit doctrinam tradere plano modo[ac per exempla. & per talia que sint uera saltẽ pro maiori parte. ut si dicas in tẽperantia peccatum per excessum est deterius: in liberalitate uero & in fortitudine deffectus peior ẽ quã excessus. hec & huiusmõi uera sũt ꝑ maiori parte[possibile tamẽ est pro loco & tempore in aliquo defficere. quod uero dicebat honesta & iusta pro eodẽ sumebat. itaq̧ iusta hic dicta sunt cuiuscũq̧ uirtutis opera. uel dic ꝙ honesta dixit aliarum uirtutũ opera: iusta uero iustitie tantum. quod etiam dixit uarietatẽ & discrepantiã pro eodem dictum est. uel dic ꝙ uarietas rerum diuersitatẽ notat. discrepantia uero earum contrarietatẽ. quod aperte uidebis: si compares inuicẽ locorum diuersas regiones. tẽporum mutationes. hominum etates[atq̧ eorum officia & status. itaq̧ eedẽ res ad diuersa comparate honeste simul & inhoneste inuenientur. iuste etiam atq̧ iniuste. quod autẽ dixit uideantur de popularibus loquitur: qui ob illam rerum uariabilitatem putant nihil esse honestum[nec iustum ex natura: sed tantum lege & consuetudine. uolebat itaq̧ philosophus dicere ꝙ tanta est honestorum & iustorum uarietas: ut insipiẽtibus uideantur honesta & iusta ex sola lege cõstantiam habere. ut dicamus talia esse iusta quia lex ea iubet. & si contrarium iuberet: contraria horum que nunc sunt iusta essent tunc iusta hec uero iniusta. hoc tamẽ nõ est uerum. sunt eĩm honesta & iusta q̃ plura ex natura ut libro quinto demonstrabitur. cuiusmodi sũt honeste & iuste uiuere. contraria horum fugere. tẽperate comedere. liberaliter expendere. & breuiter omnia de quibus in morali scientia tractatur. q̃ eĩm in legali ex lege[que uero in morali ex natura uigorem habent. quando uero dixit bona: de externis loquitur que ab insipientibus nonunq̃ mala creduntur. propter ea ꝙ eorum occasione mala proueniant. nec tamẽ secundum philosophie ueritatẽ ꝑpter hoc dicenda sunt mala. absolute quidem bona sunt ut libro quinto ostenditur. si eĩm illorum ratio locũ haberet: nihil eẽt in uniuerso bonũ: cũ nihil sit tãte bonitatis cuius occasione aliquãdo malum nõ eueniat. at perinde dicitur de robore corporis. robur eĩm corporis[& cetere nature bona absolute bona sũt: licet alicui sint nociua. ẽ qdẽ de huiusmodi rebus sicut de cibo sano q̃ tñ alicui utpote ĩfirmo nocet. illud qdẽ de his(ut ĩ exponẽdo litterã tetigimus) de prĩcipiis ĩtelligit. illud aũt ex his de cõclusioĩbus. uł dic ꝙ loq̃t de boĩs uniꝰr. sed exẽplificat ĩ extnis. uł dic ut alii ꝙ idẽ ꝑ utrũq̧ pħs ĩtelligit. addidit tñ ẽm ad maiorẽ primi expõitionẽ. qđ uero dicebat grosso modo ac ueluti ꝑ figurã: iã dixeramus id ĩtelligẽdũ eẽ mõ plano & ꝑ exẽpla. hoc a pħo dictũ ẽ nõ tanq̃ semp exẽplo[& nũq̃ demõstratiõe utat: sed hac rõne id dixerat: quia plurimum exẽplis pro demõstrationibus utitur. dixerat aũt pħus & ẽm ea q̃ plurimũ fieri solent nõ ut negaret sua precepta demoribus tenere in toto & uniuersaliter. sũt eĩm sue de moribus preceptiones pro maiori parte: in toto uere[atq̧ in nullo defficientes. ut est illa generalis preceptio secũdum rectã rationẽ uiuere. tẽperare comedere. iuste ac bene agere. hec & alia q̃ plura ĩ nullo deffic͡iũr. illud tamẽ addidit philosophus ut se[eiusq̧ doctrinam saluaret quantum ad eas conclusiones que in aliquo defficiunt. at

per hoc satis demonstratur ꝙ doctrina a philosopho de moribus tradita sit scientia: circa quod non pauci ambigunt. ad hoc eīm ꝙ alique conclusiones sint scibiles: sufficit eas plurimum ueritatem dicere. hec namq; est preceptio philosophi ī sexto methaphisice ubi sic inquit|omnis nāq; scientia aut est eius quod semper| aut eius quod secundum magis|& eīm quomodo docebit|aut docebitur nisi sit tale de quo est sciētia: oportet eīm diffiniri per semper|aut per magis de quo est scientia|hec ille. ubi aperte patet ꝙ ex intentione philosophi nō solum ille conclusioēs sunt scibiles que semper sed etiam ille que plurimum sunt uere. est itaq; in scientiis sicut in speciebus uniuersi que secundū aristotelem octauo methaphisice se habent ut numeri.|nō est quidem possibile duas species esse equales in essentiali perfectione. si eīm essent equales: iam nō essēt diuerse|sed una eadēq;

Eodemq; modo singula que de his dicentur recipienda sunt. Nam eius qui eruditus ē eatenus in uno quoq; genere certitudinem exigere quatenus eius rei natura recipit Simile quippe uidetur a mathematico psuasionē reci pere:& ab oratore demonstrationē requirere.

si igitur si omnes scientie essēt equales in certitudine: iam nec de rebus diuersis|nec etiam inter se forent diuerse|si igitur esse debent(sicut sunt)diuerse: oportet diuersos habere gradus in certitudine. & si dicatur ꝙ in locis nō paucis reperitur ab aristotele scriptū scientiam esse de immobilibus atq; perpetuis. est dicendum ꝙ cuiusq; hominis dicta posteriora corrigunt priora & non contra. aristoteles uero ut ferunt in ultimis diebus sue uite methaphisicam scripserat. propter quod in methaphisica scripta tenenda sunt ut pote philosophi ultima sententia ibi itaq; corrigens ante scripta: dixit scientiam esse aut eius quod semper| aut quod secundum magis|aliquis forte diceret stare non posse ꝙ doctrina de moribus sit scientia. quia ut libro sexto demonstrabitur aliud est scientia aliud prudentia. ad hoc dic ꝙ ibi loquitur philosophus de scientia speculatiua. est eīm apud philosophū usitatum solas speculatiuas scientias dicere. illas quoq; solas ut in prohemiis nostris dixeramus ponit philosophie partes.|praticas uero de factibilibus: artes|de agibilibus quidē prudentias magis nomiat.|uel dic ꝙ prudentie sunt due partes scilicet uniuersalis & particularis. quātum ad primam partem prudentia est scientia. quātum uero ad secundā magis experimentū q̄ scientia. dicitur. & quoniam prudentia fere tota consistit ī particulari|in uniuersali uero quam modicum: inde est ꝙ a scientia distingui consueuit. quod ex libro sexto manifestius fiet. de legali quoq; posset hic queri an sit sciētia. ad quod ut mihi quidem uidetur est dicendum quod scientia dici non debet. cum eīm leges ciuitatis cuiuscūq; omnes fere sint mutabiles: earum cognitio uera erit profecto opinio uera: scientia autem nequaquā. at per inde uidetur mihi dicendum de rhetorica|& grāmatica cuiuscūq; lingue. Sequitur illa pars. Eodemq; modo. in qua ostendit modum procedendi huius scientie quantum ad auditorem. & primo intentū premittens dicit|& singula que dicentur de his. s. honestis & iustis| ac de bonis fortune| & nature recipienda sunt ab auditore eodem modo. s. grosso ac ueluti per figuram|& sm ea que plurimū fieri solent in huiusmodi rebus|nam in huiusmodi rebus peccatū esset demonstrationē requirere. hoc est aristotelis propositū. quod sic probat|nā eius qui eruditus est. i. ad eum qui eruditus pertinet exigere. i. petere eatenus. i. intantum certitudinē in unoquoq; genere quatenus. i. quantū recipit. i. patitur natura eius rei. s. de qua tractatur. hoc autē aristoteles confirmat exemplo dicens|simile quippe uidetur a mathematico persuasionem recipere|& ab oratore demonstrationē requirere. q̄si dicat tantus error est iste quantus ille. tamē iste est per excessum|ille uero p deffectū in mathematica quidē suasione contentari: est minorē certitudinē requirere: q̄ rei natura patit̄: in rhetorica uero demōstrationē expetere ē ultra rei naturā certitudinē exigere. & intelligit aristoteles hic p demonstrationē argumētationē necessariā q̄ ex necessariis pricipiis cōclusionē īferat necessariā. psuasionē uero appellat eā argumētationē uerissimilē q̄ ex uerissimilibus uerissimilē īfert cōclusionē. oīs itaq; argumētatio q̄ uel quātū ad pricipia|uel illationē hēt uerissimilitudinē & nō necessitatē: a pño hic rhetorica & nō demōstratiua ītelligit̄. circa qđ ē aduertēdū. ꝙ demōstrationes potissi

me locum habent in generibus rerum immobilium secundū esse ut in methaphisica aut secundum diffinitionē. ut in mathematica. in rebus uero mobilibus & presertim in his que difformiter mouentur: magis persuasio quā demonstratio locum habet. tales quidem sunt res de quibus rhetorica & ciuilis considerant. in his tamē gradus sūt diuersi. legalis eīm eo ꝙ de particularibus (at per hoc de mobilioribus considerat: minus demonstratione utitur quā moralis. que easdem res uniuersaliori at per hoc certiori modo considerat. multo quippe certiores sunt argumentationes morales quā legales. possunt eīm legales in toto defficere: morales uero in parte (sed ī toto est impossibile. hoc autem tenet per hoc ꝙ leges ciuitatis cuiuscūq; in toto possunt mutari. naturalia uero hoc est naturales leges in parte (sed ī toto nusq̄ mutantur.

Quisq; bene iudicat que cognoscit eorūq; bonus est iudex. Singula igitur is qui ī singulis: simpliciter autem is qui in cunctis eruditus est Ex quo fit ut iuuenis quidem nequaq̄ idoneus auditor sit ciuilis disciplinе rudis eī earum rerum que in uita uersantur. Sermo autem ex illis & de illis est. Sequax uero adhuc affectibus existens inaniter et inutiliter audiet cum finis sit non cognitio:

Quisq; bene iudicat. hec est secunda pars principalis huius capituli. in qua ostendit qualis eē debeat auditor huius scientie. & facit tria primo ostendit quis sit insufficiens auditor. secundo quis inutilis. tertio quis sit conueniens auditor Secunda ibi sequax uero. tertia ibi qui uero. in parte prima sic procedit primo premittēs quodam pricipium ait (quisq; bene iudicat que cognoscit (eorumq; bonus est iudex. singula igitur idest singulatim & diuisim bene iodicat de rebus is idest ille qui eruditus est in rebus singulis: hoc est singulatim discrete ac diuisim. simpliciter autem idest uniuersaliter ille bene iudicat de rebus omnibus coniuntim: qui eruditus est in cunctis rebus simul & coniuntim. differunt itaq; he due propositiones ab aristotele posite secundum differentiam illorum nominum singula & cuncta. illa eīm que diuisim distribuit singula: in unum colligit cuncta. hoc itaq; principio posito: aristoteles concludit id quod in hac parte intendit dicens (ex quo scilicet principio (fit idest sequitur ut iuuenis quidem nequaq̄ sit idoneus idest conueniens auditor ciuilis disciplinе. quod autem sequatur probat philosophus dicens rudis enim idest quia inespertus & insciens earum rerum que in uita ciuili uersantur. sermo autem disciplinе ciuilis ex illis & de illis rebus est que ī uita ciuili uersantur. quod uero dixit ex illis & de illis pro eodem accipit. uel dic ꝙ per unū conclusiones (per aliud principia intelligit. sunt itaq; iuuenes adeo rudes: ut nec res que in uita uersantur (nec earum nomina satis intelligant. siquidem iuueni proponatur liberalem pauciora pro se reseruare: & hominem prudentem animi perturbationes aut nullas (aut moderatas habere. Item ꝙ uiuere secundum rationem est uirtuosum & honum: secundum uero animi perturbationem uiciosum ac malum. hec & huiusmodi iuuenis plurimum nec intelligit (nec uix credere potest. occasione precedentium dubitaret aliquis si iuuenes secundum philosophū hic non debent audire ciuilem disciplinam: quam igitur audient. ad hoc dicitur ꝙ secundum aristotelis preceptionem in octauo polithicorum iuuenes liberi in tribus primis septenijs debent dare operam circa quartuor scilicet litteras (ginasticam (musicam (pictiuam. per litteras intelligit artes que in litteris ac sermone consistunt. cuiusmodi sunt grammatica (dialectica (rhetorica cui adiungitur poesia. ginastica uero continet cursum (saltum (iactū (luctam. musica uero tam instrumentis quam uoce formatur. cui tanq̄ annexe & necessarie adiungontur arithmetica & geometria. sub arte uero pingendi & figurarum (& scribendi pericia comprehenditur. hec sunt igitur in quibus si liberi iuuenes fuerint satis exercitati: eruntq; secundum philosophum felices. non absolute: sed ea (qua possunt) felicitate iuuenili. his itaq; adeptis iuuenes natu grandiores circa grandiores uirtutes operam dare debent. quibus adeptis: proculdubio absoluta (ac perfecta felicitate erunt summe felices. Sequitur illa pars. Sequax uero. in qua ostendit quis sit inutilis auditor huius sciētie. & primo philosophus premittit intētū

dicēs sed ad huc idest item homo existens sequax affectibus idest inseruiens desideriis
appetitus: inaniter & inutiliter audiet ciuilem disciplinam. illa quippe inaniter & i
utiliter dicta sunt per interpretationem. idem enim illa significant. hoc est igitur a-
ristotelis propositum quod sic probat cum finis huius scientie sit non cognitio uirtu
tum: sed earum actio. ad quam ille qui affectibus inseruit nunq̄ perueniet. talem igi-
tur hominem audire ciuilem disciplinam est inane ac inutile. cum id uanum & inuti
le dicamus quod finem non attingit. consequenter phūs istum comparat ad iuuenem
ostendens ꝙ sequax affectibus non differat a iuuene in conditione uel dispositione.
uterq; eni est taliter dispositus ut affectibus inseruiat. iuuenis tamē hoc habet ex eta
te iuuenili cui proprium est af-
fectibus inseruire. ille uero nō
ex etate sed ex cōsuetudine po-
tius habet ꝙ affectibus inserui
at. hoc est igitur quod phūs hic
ait dicens differt etate quis iu-
uenis sit an idest aut moribus.
quasi dicat quantum ad hoc qḋ
est esse inutilem auditorem hu-
ius scientie nihil differt homi-

sed actio Nihil autem differt etate quis iuue-
nis sit an moribus. Non eīm in tempore defec
tus sed in uiuendo & persequendo singula se-
cundum animi perturbationem. Nam talib⁹
quidem inutilis erit ista cognitio quemad-
modum his qui incontinentes sunt.

nem esse iuuenem esse etate uel moribus. itaq; si an tenetur ibi nō interrogatiue sed
disiunctiue. hoc uero phūs sic probat quia deffectus non est idest non consistit in tem-
pore: sed in uiuendo & in persequendo singula ſm animi perturbationem. quasi di-
cat quando dicimus iuuenes & sequaces affectibus defficere: per si defficere non intē
dimus significare deffectum temporis in quo tempore scimus illos non esse similes:
sed eos potissime similes dicimus in uiuendo & persequendo singula secundū animi
perturbationem. itaq; hoc modo uterq; ab utroq; nomen recepit. est eīm uterq; iuue-
nis & uterq; sequax affectibus quantum ad hoc ꝙ uterq; uiuit & singula persequitur
secundum animi perturbationem. de quibus aristoteles quod in principio proposuit
concludit dicens talibus quidem igitur inutilis erit ista cognitio scilicet que in ciui-
li scīa traditur. dictio uero illa namq; tenetur hic complectiue nihilq; ad sententiam
addens. consequenter phūs id quod dixit exemplo illustrius faciens: inquit quēadmo
dum his hominibus qui incontinentes sunt. itaq; secundum phūm hic oīs illi sūt hu
ius scientie inutiles auditores: qui suas cupiditates rationi non subiiciunt. siue hoc
proueniat ex etate iuuenili siue ex uicio siue ex incontinentia: nihil differt. licet eīm
in aliquo defficiat: tamen oīs isti regulariter & ut plurimum sunt inutiles auditores
huius scientie. nec ergo ercle intelligo illam ineptam distinctionem quorūdam distin
guentium hic inter uiciosos & incontinentes: cum phūs hic quantum ad hoc quod ē
inutiles esse auditores huius scientie inter eos non differat. uel dic & forte melius ꝙ
philosophus non intendit dicere iuuenem esse inutilem auditorē huius scientie: sed
ꝙ sequax affectibus sit inutilis auditor siue sit iuuenis siue alterius etatis. & ex hac
littera phī tria notantur. primo ꝙ iuuenis non solum est huius scientie auditor non
idoneus ut loco primo dicebat: uerūetiam est inutilis ut hic asserit dicens non differ-
re affectibus sequacem a iuuene. secundo notatur ꝙ hec scientia sit pratica & non spe
culatiua. cum eius finis sit non cognitio sed actio. ut enim in nostris prohemiis tan-
gebamus: speculatiua scientia & pratica per hoc differunt: ꝙ illius finis est cognitio
que est intellectus perfectio: huius uero finis est operatio appetitus uel alicuius alte-
rius potentie operatiue. hoc dico propter artem in factibilibus cuius finis non uide-
tur appetitus operatio: sed potius illa exterior factio que ad materiam exteriorem ter
minatur. hinc est ꝙ philosophus tertio de anima & sexto ethicorum intellectum spe
culatiuum dixit scientificum: praticum uero operatiuum. est itaq; hec denominatio a
fine. scientificus eīm dicitur quasi scire solū intēdat: operatiuus uero quasi eius finis
sit nō cognitio sed opatio. eodēq; modo distingūtur re ac noīe illius & istius habitus.
itaq; solus hītus itellectus speculatiui dr̄ scīa ꝓprie: cū scīa a sciēdo uł cognoscēdo di-
cat. hītus uero itellectus pratici ut nup dicebamus: magis ars aut prudētia iure debet
noīari. tertio notatur ꝙ inutiles huius scīe auditores sūt nō solum uiciosi ex natura

uel consuetudine: uersetiam incontinentes. & ut breuiter omnes comprehendam: in
utiles auditores huius scientie sunt quicunq cupiditates suas rationi non subiciunt.
Sequitur illa pars. ¶ Qui uero.
in qua ostēdit quis sit huius sci
entie auditor cōueniens. & di
cit qui uero cupiditates suas ra
tioni subiciūt. i. subicere uolūt

Qui uero cupiditates suas rationi subiici
unt ista scire multum admodum proderit.

his hominibus scire ista que in hac scientia traduntur multum admodum. idest ual
de proderit. & est auertendum ꝙ phus hic per cupiditates intelligit affectus quos ani
mi perturbationes ante appellabat. itaq idem significant hec tria/cupitas/animi egri
tudo/affectus. & hec omnia ut in libro secundo ostendemus sunt in appetitu. occasio
ne precedentium aliquibus uidetur ꝙ hec scientia sit aut uana/ aut saltem nō necessa
ria. si enim ut inquiunt bonis proponatur: erit superflua. nō enim ipa indigent eum
sine ipa boni sint. si quidem proponatur malis: erit inutilis. cum mali in eius finem
nunq̄ perueniant. erit igitur uana/aut saltem non necessaria. cum non sint plura ho
minum genera/quibus proponatur. ad hanc questionem multi multifariā dicunt. his
tamen ommissis que mihi inepte uidentur solutiones: aliter dicere consueui. circa qđ
duo sunt consideranda. primo ꝙ legalis & moralis multifariam differunt. & preser
tim ut libro decimo demōstratur differūt per hoc ꝙ legalis habet uim coactiuam/mo
ralis uero non habet uim coactiuam/sed tātum suasiuam. itaq scientia legalis/non so
lum suadet/sed etiam homines cogit bene/ac uirtuose uiuere. scientia uero moralis
non cogit: sed tantum nobis suadet bene ac iuste uiuere. hinc est ꝙ illa coactiua/ hec
uero suasiua nuncupatur. secundo considerandum ꝙ ſm philosophū decimo metha
phisice/quod etiam ex secundo ethicorum/manifestius fiet: inter bonum & malum ē
date medium. itaq sunt homines qui nec boni sunt actualiter/nec mali. tales autē sūt
qui nec uirtuoso/nec uicioso habitu sunt informati. huiusmodi sunt iuuenes: natu
ra ingenui/ac nobiles/qui artibus iuuenilibus de quibus parum ante dicebamus satis
docti ac instructi erunt. itaq postq̄ has artes que eos ad meliora disponebant relique
rint: anteq̄ ad uirtutes morales que sole homines bonos faciunt perueniunt: neq sūt
mali/nec boni actualiter. sunt tamen dispositi ut facili suasione ad uirtutes trahātur.
his igitur habitis: ut mihi uidetur facile est respondere ad illam cauillationem. nos
itaq sic/dicimus ꝙ aristoteles hanc de moribus scientiam proponit non prauis homi
nibus/nec eis qui iam in uirtute perfecte sint constituti: sed illis hominibus eam tan
tummodo proponit qui sic dispositi sunt ut eorum cupiditates facile rationi subiici
ant. hec est igitur de qualitate auditoris doctrina hic ab aristotele semel posita. & in
capitulo sequenti/aliisq locis tam ethicorum q̄ polithicorum frequenter repetita. a
liqui uero addunt ꝙ hec sciētia ultra hoc quod diximus erit utilis uirtuosis homini
bus. non inquiunt ut uirtutes adipiscantur/sed ut in adeptis uirtutibus conseruetur
Sed licet istorum dictum modo aliquo ueritatem habeat: tamen nihil facit ad propo
situm. non enim aristoteles homines in uirtute perfecta constitutos hic uocat auditū
hanc scientiam/sed ut diximus illis tantummodo eam proponit qui sic sunt dispositi
ut sine aliqua uiolentia sola suasione cupiditates suas rationi subiiciant. tales autem
sunt iuuenes: natura ingenui/qui in primis tribus septenis liberorum artibus sint
satis instructi. nec est omnino simile de sanitate/& uirtute morali. potest enim fieri/ut
quis medecine ignarus perfectam habeat sanitatem. nemo tamen potest habere perfe
ctam moralem uirtutem nisi fuerit in prudentia instructissimus/ac ciuili scientia do
ctissimus. sanitas nanq ex natura trahitur/uirtus autem moris non natura/ sed pru
dentia/ac ciuili scientia comparatur & adquiritur. ille igitur ignarus medecine sani
tatem habens perfectam audire debet medecinam que ad naturalem sanitatē tuendā
multum admodū proderit. eēt tamē ridiculum siquis hominē doctissimū ac in mede
cina expertissimū persuaderet/ac uocaret auditū medecinā qua suam tueretur sanita
tem. esset quippe melius ꝙ hic talis alios doceret/q̄m/q ab aliis audiret. erit itaq recte
factum siquis eum persuaserit ut doceat/nō autem ut doceatur. homo uero perfectam
moralē uirtutē nō potest habere sine perfecta prudentia/que ex ciuili scientia/ aliisq
multis cōparat. qđ libro sexto melius demonstrabit. hēt itaq oīs uirtuosus pfectissīe
sciētiam qua suā tueat uirtutē. talis igit rogādus est nō ut eam quā habet scientiā au

diat: sed potius ut nos in ea scientia qua ad recte uiuendũ indigemus instruat ac do- ceat. si eim uirtuosũ huius scientie constituas auditorẽ: quẽ dabis ipsius doctorẽ: pro- fecto si recte sentio, neminẽ. si igitur ridiculũ est perfectũ ac doctissimũ cuiusq scien- tie preceptorẽ in eius auditore cõuertere: erit quippe dirisio nõ parua uirtuosũ sciẽ- tie ciuilis auditorem constituere ut ab alio male capiat que ipse melius sentit| atq sapit sed de his attenus.

Ac de auditore qdẽ & quẽadmodũ accipiẽdũ sit: & qd ꝓpõam⁹ hec p̄fatos esse sufficiat.

Voniam uero ut prediximus omnis cognitio atq electio bonũ quoddam affectat. uideam⁹ quid est id quod ciuilem dicimus affectare & quod oium agibilium supremum est bonum. Nomine quidem omnes fere consentiunt felicitatem eim, uulgus simul eruditiq appellãt. Sed & bene uiuere & bene agere pro eodẽ accipiunt: & felicem esse.

Sequitur illa pars. Ac de auditore quidẽ. in qua aristoteles ultimo epilogat in summa ea que in toto fere prologo dixerat. nõ tamẽ eo ordine epilogat quo ab eo dicta fuerãt sed primo id resumitur quod ultimo dictum erat. id uero quod loco primo tractabatur hic loco postremo resumitur. quod autem ibi secunduobtinebat locum: hic eũdem etiam retinet. dicit ergo| & de auditore quidẽ hoc est de huius scientie auditoris qualitate. & quẽadmodu ab eo qui eruditur sit recipiedum preceptiones que ab huius scientie preceptore traduntur. & quid proponamus idest de quo in hac scientia tractare intendamus sufficiat nos hec ante dicta esse prefatos idest preloquutos. ex hoc uerbo apparet ꝙ totum hoc quod precessit aristoteles premisserat ut pote in ethicorũ libros prefatione. quod autẽ in epilogo loco ultimo posuit fuerat tractatum ab ea parte quisq bene iudicat usq ad hanc partem que prologi est ultima. secunda uero expedita fuerat a principio capituli secundi usq ad illam quisq bene. tertia quidẽ tractabatur a principio libri in primo & secundo capitulo usq ad principium tertii capituli. in quibus demonstratum est qd tandẽ hec scia intenderet.

Voniam uero ut prediximus. ẜm ordinẽ a nobis prius institutum hic incipit secundus tractatus. qui, est de quiditate| seu diffinitione felicitatis. & cõtinet sex capitula in primis quattuor determinat prius de felicitate secundũ aliorũ opiniones in duobus uero ultimis. s. quinto & sexto determinabit de felicitate ẜm propriã opionem. secundũ ibi sed nos redeamus. tertium ibi his igitur ,õmissis. quartum ibi rursus uero. quitum ibi enlueto felicitatem. sextum ibi scrutandũ est. i capitulo primo narrantur opiniones aliorum de felicitate| & ostendit qualiter de eis sit considerãdũ. secũda ibi cuctas igit. & i pria pte prio intẽtũ p̄mittit secũdo ꝓsequit secũda ibi noie quidẽ| dicit ergo| quoniã uero ois cognitio. i. cognitiuus habitus| atq electio bonum quoddam affectant idest in bonum quoddam referuntur ut prius diximus in ea scilicet prima libri parte ois ars| oisq doctrina: quoniã in quã ita est uideamus quid ẽ id & quid oim agibiliũ supremũ est bonum. quod bonum ciuile dicimus affectare. idest de quo bono ciuilem scientiã dicimus tractare. est itaq aristotelis intentio ostendere quid sit illud sũmum bonum: de quo supra in prefatione tria dixerat. primo omẽs artes| doctrinas| actus| & electiones referri| aut ordinari in ipm. secũdo in principio capituli secundi demonstrauit ꝙ illud bonum esset oium agibiliũ supremũ: i eodem quoq capitulo demonstrauit ciuilẽ scientiã de hoc sũmo bono considerare. hec igitur tria aristoteles de summo bono hac de causa primo proposuit: & hec iterum ea resumit: ut ostenderet de tali bono non sine causa sumopere considerandum| ac tractandum. hec uero tria non eo ordine, quo prius sunt tractata: hic resumuntur| sed tertium parenthesim faciens posuit inter, primum & secundum. ex hac philosophi sententia satis ut prius dicebamus plane intelligitur ꝙ in ea parte omnis ars omnisq doctrina non loquebatur de bono uniuersi quod est deus ut aliqui putauerant. illud quidem ibi proposuit quod hic prosequitur. nic uero id prosequitur quod ab homine agi & possideri queat. Sequit illa pars. Noie quidẽ. hic ꝓseqt ꝓpositũ & prio tãgit id i quo oẽs cõueniũt. secũdo id ĩ quo dĩnt. secũda ibi, qd uero ipa. dicit igit oes fere hões tã sapiẽtes q̃ isipiẽtes q de bono sũmo loquũtur cõueniũt qde ĩ noie. qa uulgus. i. uul

gares insiptētes & erudite sapiētes simul.i.similiter appellāt.i. nominant ipm sūmū bonum felicitatē.& pro eodem accipiunt bene uiuere & bene agere| ac esse felicem. itaqꝫ ipm sūmum bonum appellant oēs felicitatem. hoīem uero qui illud possidet bonum dicunt bene uiuere & bene agere| ac esse felicem. hec eīm tria apud uniuersos idem significant.& cum dixit phus sed et:si sed cōplectiue|aut replectiue tenetur. nihil eīm ad sententiā addit|nihilqꝫ sentētie detrahitur:si illud sed auferatur.et quādo phus dicit oēs cōuenire in nomine:intellige de hominibus eiusdē lingue.quoniam gentes diuersarū linguarū diuersis noībus appellabūt sūmū bonū. uel dic ꝙ illa noīa erunt in uoce diuersa in re uero significata idem erunt nomen. oēs quidem intelligent eā rem que sume bona est.

Quid uero ipā felicitas sit: de eo sane inter se discrepant nec idem uulgus sapientesqꝫ tradidere. Nam alii quidam ex his que clara & manifesta sunt:ut uoluptatem aut diuicias aut honorem alii item aliud. Nōnunq̄ etiā unus & idem diuersa. Egrotans eīm sanitatem pauper diuicias ignorantie sue conscii eos qui magnum aliquid & supra se dicunt admirantur quidam uero & preter hec bona aliud quidam ipsum per se esse putant quod causa sit omnibus his cur bona existant.

Sequitur illa pars. Quid uero ipā. in qua ostēdit in quo differant loquentes de felicitate. & tangit tres diuersitates secunda ibi alii itē tertia ibi nōnūq̄. in prima sic procedit primo tangit id in quo oēs discrepant dicens| quid uero.i.que res determinate & in specie sit ipa felicitas: de eo sane īter se discrepāt quasi dicat istud est in quo omes discrepant.s.que sit ea res ī qua consistat felicitas ac sūme bonū nec idem idest eādem rem determinate tradidere.sapientes & uulgus. Nam alii quidem.s. uulgares tradidere felicitatē esse ex his rebus que sunt clara & manifesta sensui: ut uoluptatem|aut diuicias|aut honorem. Sequitur illa pars in qua ponit secundā diuersitatem que penes uulgares attenditur & hec tangitur ibi. Nam alii quidā ex his que clara dicit ergo philosophus item.i.etiam alii.i.uulgares aliud tradidere. hoc est uulgares diuersi diuersa tradidere esse felicitate.quasi dicat nō solum uulgares felicitatem tradiderūt esse aliud q̄ sapientes: uerūetiā ipsimet uulgagares inter se discrepāt. Itaqꝫ oēs uulgares in hoc cōueniunt ꝙ felicitatē putāt esse aliquod bonū sensibile qd̄ oībus est clarū & manifestū: inter se tamē differūt qm̄ eorū aliqui id bonū putāt esse uoluptatē. ut intēperati. alii diuicias ut auari. alii honorē ut ambiciosi. in his itaqꝫ tribus bonis distribuit oīs de felicitare uulgaris opīo. quid uero sapiētes circa huc sensere ultimo loco ponet phus. Sequit illa ps. Nōnunq̄ etiā. in qua ponit tertiā diuersitatē q̄ sumit respectu eiusdē hoīs ſm diuersas dispositioēs. dicit igit ꝙ aliquādo etiā unus & idē homo diuersā putat esse felicitatē. egrotās eīm sanitate putat esse felicitatē ac sūme bonū. ipe idē pauper.i.in paupertate existes diuicias putat esse felicitatem hoīes uero sue ignorātie conscii.i. ignorantiā ꝓpriā cognoscētes eos tanq̄ felices admirātur qui dicut magnū aliquid & supra se.i.ultra suorū intellectū. itaqꝫ ignorātes suā cognoscētes ignorantiā: sapiētes|aut eos quos sapiētes credūt putant esse felices| atqꝫ ueneratione simul & admiratiōe dignos. causa uero istius ultime differētie illud quia finis ultimi est conditio ꝙ sit maxime desideratus. ac inde natum est ut id quod maxime desideratur sūmum bonum esse credatur. indigentia uero cuiusqꝫ rei auget eius desiderium. atqꝫ quanto indigētia maior est: tanto eius desiderium magis crescit. & oīa quidem hec pertinēt ad uulgarē opīonem. preter uulgares uero sunt sapientes quidam.s.platonici que preter hec bona sensibilia putant aliud quidam esse per se ipsum idest separatū discretum|atqꝫ diuisum quod sit causa oībus his sensibilibus bonis cur idest propter quā causam oīa hec prefacta bona existant. itaqꝫ platonici sicut in ceteris rebus: sic ut aristoteles reffert in bonis ponebant bonum unum a sensibilibus separatum. quod bonum per se bonum erat|aliisqꝫ causa cur bona existerent. non enim concedebant platonici ꝙ hec alia essent bona: sed quod essent bona per participationē. Et pro littere intellectu est aduertendū ꝙ illud pronomē ipm tenet hic discretiue itaqꝫ si ipm significat illud bonū esse ab aliis bonis discretū.i. diuisū atqꝫ separatum.

Itē illa dictio cur nō tenet hic interrogatiue|sed relatiue. refert eīm illā dictionē causa. itaq idem est dicere cur bona existāt ac si dixeris propter quā causā bona existant.

Cūctas igitur opinioēs scrutari supuacaneum forsā esset Sufficiet aūt si illas q̄ apparentes sūt aut rationē aliquam habere uideantur.

Nec uero nos lateat differre eos sermones qui a principiis sunt & eos qui ad principia Recte eīm Plato dubitauit quesiuitq utrum a principiis uia sit an ad principia queadmodum ī stadiis ab his qui premia ponūt ad finē uel contra incipiendum quidem a notis est. Sed hec bifariam. Alia eīm nobis nota sunt: alia simpliciter. Nos fortasse ab his que nobis nota sunt incipere debemus.

Cunctas igit opiniones hec ē secūda ps pricipalis istius capli ī q ponit modū scrutādi prefactas opiones. & hec tres cōtinet pticulas. primo ōndit de qbus oportet ingrere & de qbus nō. secūdo ōndit quo ordīe sit cōsiderādū de huiusmodi opionibus. tertio qlr eē debet dispositus q talia audire debet. scda ibi nec uero tertia itaq bene. dicit prio cūctas igit opiōnes scrutari forsā esset supuacaneū. i. supfluum ualde & uane. sufficiet āt si scrutemur illas opiones q̄ apparētes sūt. i. aliquā ueritatis apparētiā hūt: aut rōnem aliquā hēre uideātur. ē itaq hoīs sapiētis|atq prudēris eas opiones scrutari q̄ ueritatis aliq̄m hūt apparētiā|aut rōnem. q̄ uero tales nō sūt nec respicit|nec dignat respicere. illas igit de felicitate opiones aristoteles hic psequtur q̄ ueritatis saltē apparētiā|aut rōnem aliquā hēre uideantur. & cū dixit phus q̄ apparētes sūt|aut rōnem aliquā hēre uideātur: p opiones apparētes intelligit eas q̄ rōnem nullā hnt|aliqbus tamē hoibus apparēt uere. p alias uero intelligit eas q̄ uere nō apparēt|hūt tamē aliquā ueritatis rōnem saltē apparentē. uel dic & melius ꝙ phus idē intelligit p utrūq. idē ei est opinionē esse apparentē|ac si dixeris ueritatis hēre aliquā saltem apparentem rationē. Sequitur illa pats. Nec uero nos lateat. in qua ostēdit quo ordine sit hic cōsiderandū de huiusmōi opionibus|ac simplr in tota materia morali. pro cuius intellectu cōsiderandū ꝙ sm phum in locis plibus presertim libro posteriorū demōstratio bifariā distinguitur. est eīm quedā demōstratio procedēs a prioribus ad posteriora. s. a causis ad effectus. & hec merito a phō dicta est demonstratio ppter quid. altera uero ē demōstratio q̄ procedit a posterioribus ad priora. s. ab effectibus ad causas. & hec a phō appellari cōsueuit demōstratio quia. sic dicta: qm hñs talem demōstratione nō cognoscit ppter quid ita ist: sed tantū uidet qa ita est. i. ꝙ ita ē. itaq illa dictio quia sumitur ibi a phō pro hac cōiunctiōe ꝙ. est etiam secūdo hic considerandū|ꝙ entia se hūt trifariā. sūt eīm aliqua in se & simplr magis nota|nobis uero minus nota. huiuscemodi sūt prima entia uniuersi a materia sepatata: & uniuersaliter cause rerū tam naturaliū quā moraliū. alia uero sūt entia minoris entitatis|at p hoc in se & simpliciter minus nota|nobis tamē sunt magis nota. huiusmodi sunt effectus & opationes tam naturaliū quā moraliū. hec eīm sensui ac humano intellectui magis sunt pporcionata. alia uero sunt que eadem in se & etiā nobis sunt notiora. talia uidemus entia mathematica. oīs quippe demōstratio atq doctrina sm aristotelis pceptionē procedere debet a nobis notioribus. hinc est ꝙ in phisica & morali argumētationes plurimū sūt demōstratioēs quia. q̄ paucissime uero propter quid. im mathematica aūt quā plures demōstratioēs ppter quid inueniūtur. his hitis: patet qd phus hic sibi uelit cum ait|nec uero nos lateat eos sermones. i. argumētatioēs|uel demōstrationes qui. idest q̄ sunt a principiis intellige ad principiata & eos idest eas que sūt ad principia|intellige a principiatis differre idest differētiā|ac diuersitatē inter se habere quod aristoteles sic probat|recte eīm plato dubitauit & quesiuit utrū in scientia atq doctrina sit uia idest processus a principiis intellige ad principiata|an idest uel ad principia intellige a principiatis. & ponit exemplū dicēs queadmodū in stadio intellige esse potest cursus ab his hominibus qui premia ponūt ad finē stadii. uel econtra. s. a fine stadii ad eius principiū ubi sūt illi qui premia ponunt. intellige ita ac similiter est in sermonibus demōstratiuis. sūt eīm alii aprincipiis. & tales sūt demōstrationes propter quid. alii uero sūt ad principia. & hic sunt demōstratioēs quia. & ī omi quidē

doctina est incipiendũ.i.procedendũ a notis.per innota eĩm nulla preceptio[nullaꝗ doctrina tradi posset.sed hec.s.nota bifariã sũt.alia eĩm nobis nota sũt[alia simpliciter.i.in se & absolute:nulli intellectui cõparata.nos fortasse ab his q̄ nobis nota sũt incipere debemus.itaꝗ tam hic cõsiderãdo aliorũ de felicitate opiones:quã ubiꝗ procedendũ est a notioribus nobis ad ea q̄ nobis sũt minus nota.& hoc est qđ phus hic ĩcẽdebat.& posuit ibi illã dictionẽ fortasse ut teneret modũ sapiẽtis cuius est in rebus dubie loqui.ſm eĩm ipm in secũdo sue rhetorice hec est una differẽtia inter antiquiores sapiẽres & iuniores insipiẽtes.oĩa hec sũt hic deducta ab aristotele occasione opionum de felicitate quas hic pertractare intẽdit.plato quidẽ felicitatẽ posuit ĩ re nobis ĩnota[alii uero oẽs in re aperta[nobisꝗ manifesta.hec igitur introducta sũt a phõ ut appareat ꝙ primo pertractãde sũt opiniones ille q̄ in re nobis manifesta felicitatẽ posuere[postremo uero loco consideãda sit opio platonica.Sequitur illa pars.

Itaꝗ bene institutũ morib⁹ eẽ oportet eũ q de honestate & iustitia & õni ciuili rõne sufficiẽter sit auditur⁹.Nã pricipiũ ẽ qa & si hoc sufficiẽrer cõstat nihil op⁹ erit ꝓpter qd. sed q ita istitut⁹ ẽ:aut iã hẽt pricipia aut certe faciliter capiet cui uero neutrũ istorũ adsit is audiat Hesiodũ optim⁹ ille qdẽ q p se oĩa noscẽs ꝑceptor su⁹ ipe sibi meliora pegit. Ille bonus rursũ monit⁹ q recta seq̃t[q nec ipe uidet neꝗ credit recta monẽti. Hic nulla in pte utilis ẽ.

Itaꝗ bene. ĩ qua ostẽdit qualiter esse debet dispositus qui talia audire debet.pro cuius ĩtellectu cõsiderãtur duo primo ꝙ in sciẽtiis opariuis cuiusmodi est quã ptemanibus habemus[siquis habeat principiũ quia.i.cognouerit ꝙ sic est nõ ẽ necesse ad operãdũ habere principiũ ꝓpter quid. hoc est causã scire propter quã sic est.si ei cognouerit ꝙ talis herba colerã euacuat:poterit colerã euacuare etiã si nõ cognouerit ꝓpter qd illa herba talẽ hebeat effectũ.in hac itaꝗ sciẽtia de moribus si quis pticipia qa habuerit:poterit uirtuose oparí etiã si causã ignoret.ut si cognouerit ꝙ tales opationes hominẽ faciũt tẽperatũ:poterit ille tẽperate opari:etiã si ignoret causã ꝓpter quã ille operationes hoiem tẽperatũ faciãt.secũdo est hic resumẽdum id ꝙ nuper de auditore differebamus.illi itaꝗ iuuenes natura ingenui[ac liberorũ artibus satis instructi huius sciẽtie pricipia quia:aut iam habẽt:aut ea facile ex preceptore cõprehẽdere possũt His igitur notatis:patet quid littera dicat.q̄ sic incipit[itaꝗ oportet esse bene institutũ moribus:hoc est natura & exercicio bene dispositũ ad mores eũ hoiem:qui sit auditurus sufficiẽter.i.cõueniẽter de honestate & iustitia & omni ciuili ratione:hoc ẽ de rebus honestis & iustis & ceteris de quibus in hac ciuili scientia tractatur. cuius rationem phus assignat dicẽs nã esse bene institutũ moribus ẽ in hac sciẽtia principiũ qa quasi dicat ille homo qui natura & cõueniẽti exercicio bene dispositus ẽ ad mores facile cõprehẽdit quia.i.ꝙ ita res se habẽt:sicut in ciuili sciẽtia traditur. & tamẽ si hoc .s.principiũ quia cõstet sufficiẽter hoc est perfecte intelligatur:nihil opus erit ꝓpter quid.quasi dicat nõ erit necessariũ hẽre pricipiũ ꝓpter quid.qđ pricipiũ est rei causã cognoscere.sed ille qui ita.s.bene ẽ institutus.i.dispositus ad mores[aut iam hẽt pricipia.s.quia:aut capiet recte faciliter.intellige a preceptore.itaꝗ ille q natura & arte est bñ dispositus ad mores[aut q p seipm poterit hẽre ciuilẽ sciẽtiã: aut facile ab alio eam habebit[cui uero neutrũ istorũ.i.istarũ duarũ cõditionũ assit.i.existat:is.i.ille talis:audiat esiodũ poetã sic dicentẽ.optimus ille quidẽ est qui oĩa noscẽs per sese.i. p semetipm preceptor suus.i.suimet peregit.i.perfecte egit meliora. ĩtellige oĩa priora q̄ in eo preexisterãt ipm ad meliora disponẽdo.rursũ ait esiodus:ille bonus ẽ q monitus ab alio.s.sequetur recta[qui nec ipe adde per seipm uidet.i. ĩtelligit.nec credit recta monẽti:hic.i.talis nulla ĩ parte utilis est.Hec uero introducta sũt hic ab aristotele occasiõe opionũ de quibus ĩ sequẽti caplo tractare incipit. cupiebat itaꝗ phus tales harũ opionũ eẽ auditores.q̄les eẽ uoluit totius scie ciuilis.& hoc ut recte iudicare posset an ab aliis de felicitate tradita uera essẽt[an potius illa q̄ ipe docuerit. & quod phus ĩ littera dicebat de honestate & iustitia dictũ intellige ꝓ eodẽ.iustũ ei & iustitia noĩa sũt satis usitata pro oĩ honesto atꝗ honestate.aut si magis placet potest dici ꝙ p

iustitiã ĩtelligit legalia[per honestatẽ uero cetera alia uirtuosa. & p ciuilẽ quidẽ rõnẽ intelligit alia de qbns ĩ hac scia tractat: ut ẽ amicicia uoluptas cõtinẽtia & huiusmõi. sub his quoq̃ eorũ oposita cõphẽdẽda uidet. itẽ põderãdũ ẽ illud uerbũ monitus illud etiã monẽti. nõ ei dixit doctus aut docẽti: eo q̃ ciuilis scia potius monere aut suadere dr̃ q̃ docere. nõ ẽ ei hec scia doctrinal' ut ex dictis modo aliquo iã patet[& ex libro sexto appertius uidebitur.

Ed redeam⁹ unde digressi sum⁹. bonũ & felicitatẽ nõ absq̃ rõne[ex modo uiuẽdi existimare uidẽtur. ¶ Nam uulgus quidem atq̃ honerosissimi uoluptatem. Quapropter & ipi uitam adamant uoluptuosam.

Ed nos redeamus unde digressi. hoc ẽ secũdũ capl'm huius secũdi tratatus. i quo plis psequit opiones ponẽtiũ felicitatẽ cõsistere i aliquo bono manifesto ptiuente ad uitã hũanã. & diuidit ĩ sex ptes. ĩ ptia dicit redeũdũ esse ad ppositũ[a quo digressionẽ fecerat. poit etiã unũ beñ ac uere dictũ ĩ quo oẽs cõueniũt opiones de qbus hic cõsiderat. secũdo ibi nã uulgus qdẽ. ponit & impbat opionẽ ponẽtiũ felicitatẽ ĩ uoluptate. tertio ibi elegãtes aũt ponit & impbat opionẽ ponẽtẽ felicitatẽ i honore. q̃rto ibi atq̃ eã fortasse. poit atq̃ ĩpbat opione ponẽtẽ felicitatẽ i uirtute. q̃nto ibi tertia ẽ cõtẽplatia. facit mentione de uita cõtẽplatia. sexto ibi peccuniis uero impbat opionẽ ponẽtẽ felicitatẽ i pecuniis. pro intellectu priẽ ptis ĩtelligenda sũt duo. prio q̃ ab ea pte cũctas igit usq̃ ad hãc digressus ẽ aristoteles a pposito. cũ ei aliorũ opiones de felicitate cõsiderare incepat: interposuit modũ cõsiderãdi de talibus. hec itaq̃ ps nisi fuisset digressio: cõtinue eet ponẽda post illã pticulã qd' causa sit oibus his cur bona existãt. itaq̃ ubi ponit cũctas igit deberet poni bonũ & felicitatẽ nõ absq̃ rõne existimare uidẽt. secũdo notãdũ q̃ oẽs opiones q̃s hic plis impbat cõueniũt i hoc q̃ felicitatẽ ponũt i aliquo bono ad uitam humanã ptinẽte. & hoc a pho tanq̃ rationabilr ac uere dictũ apbat. hoc ei modo finis & ea q̃ ad finẽ ordiant erũt pportõnata. itaq̃ sicut agibilia ĩ finẽ ordiata: sic etiã & ipse finis erit de rebus hũanis. tũ etiã qa ut iã patebit felicitas ẽ agibiliũ ultimũ qd' ab hoĩe agi & possideri queat. his hitis patet qd hec pria ps dicere uelit[cũ dicit sed nos redeamus unde digressi sumus. i. ad eã ptem ul' locũ a quo discessimus. itaq̃ illa dictio unde a pho hic nõ ponit ĩtrogatie: sed relatie ul' infinite. hoc hito: poit plis illud dictũ cõmune cũctis opionibus[dicẽs oẽs isti de quorũ opionibus hic scrutari itẽdimus nõ absq̃ rõne. i. nõ irrationabil'r uident existimare bonũ & pro. i. felicitatẽ ex modo uiuẽdi. i. de numero eorũ q̃ ad uitã hũanã ptinent. hoc ẽ itaq̃ ĩ quo oẽs isti uere ac melius q̃m plato dixere. cuius rei causa ut iã diximus bifariã eẽ. pria qa finis & ea q̃ sũt ad finẽ esse debẽt pportionata. itaq̃ si ea q̃ sũt ad finẽ hũana sũt: & finis quoq̃ esse debet de rebus hũanis. alia aũt & uerior assignat causa[qa finis ultimus esse debet tal' q̃ ab hoĩe agi & possideri q̃at. qd' uero plis dixit bonũ & felicitatem: p eodem dixit. itaq̃ illa cõiunctio & nõ copulatie[sed expositiue hic a pho ponit. Sequit illa ps. ¶ Nã uulgus. ĩ q̃ plis ponit & impbat opionem ponẽtiũ felicitatem ĩ uoluptate. secũda ibi uulgus igit. in pte ptia duo facit. prio poit hãc opionem. secũdo ex incidẽti distiguit tres uitas. secũda ibi tres eni. & dicit uulgus qdem. i. uulgares hoĩes atq̃ onerosissimi hoc est ad onera portãda aptissimi[uoluptatem[intellige ee putãt felicitatem. q̃ppter et ipi uoluptuosã uitã adamãt. i. maxĩe amãt[itelligenda sũt hic tria. prio q̃ illa dictõ nã nõ tenet hic causal'r[sed cõplectie. nihil eĩm ad sententiã addit. nihilq̃ etiã subtracta sñie detrahit. illa quoq̃ cõiunctio & q̃ ponit poit li quappt repletie teneri uidet. secũdo ĩtelligendũ est hic q̃ aliq̃ p onerosissimos hoĩes quos antiq̃ traditio dixit grauissimos dicũt phm ĩtellegisse uiros graues sapia & uirtute. cuiusmodi fuere eudoxus[et aristipus[suiq̃ fautores. alii uero dicũt illud ĩtelligi de epicureis: qui ppter sciam ac uirtutes graues dici poterãt. mihi qdem uidet q̃ aristoteles cũ dixit uulgus qdem atq̃ onerosissimi: idem p utrũq̃ intellexerit. ita ut onerosissimi dicãtur uulgares corpore grãdissimi[ad onera portãda[aliaq̃ uilia exercenda aptissimi: ingenio uero & intellectu minimi[ac infra hoĩes infimi. uel si magis placet dic nomen illud deriuatum esse ab onos qd' grece asinũ significat. ut sint dicti onerosissimi q̃si asinissimi[aut uerbo nõ ficto bestialissimi: quos aristoteles ĩ polithica nõ magis ponit ptes ciuitatis q̃m

boues equos aut asinos. nõ eni aliter q̃m bestie ciuitati deseruiũt. hi sũt quos natura disposuit nõ ut ciuilia sed questuaria ac uilia exercerẽt. tales quippe sũt de quibus nuper dicebamus nulla i parte utiles eẽ philosophie auditores. sicut ei natura: sic etiá & phia eos tanq̃ ineptos ac corpore & aĩo male cõpositos ab eius auditorio lõge ꝓpellit. tertio uero cõsiderandũ ꝙ bene ac ꝓprie dictũ est adamãr inepte uero in antiqua traductione positũ est diligũt. bifariá eni differũt amare & diligere. quoniá quod diligit est bonũ: quod uero amatur malũ. itẽ diligere est remisse amare uero intẽse. qui uero felicitatẽ ponũt in corporis uoluptate bestiali ac probrosa. malũ simul & intẽse amãt.

Tres enim. in qua phs ex incidenti distinguit uitas. dicens tres uite sunt maxime precipue. s. illa uoluptuosa quá nũc diximus. item ciuilis uita. tertia est contẽplatiua.

Tres eni sũt uite maxime precipue. illa q̃m nũc dicimꝰ. Itẽ ciuilis. tertia cõtẽplatiá. Vulgus igit̃ oĩno seruile uidetur uitá pecorũ deligẽdo: Sustentãtur aũt ob id qd' pleriq; i potestatibꝰ cõstituti: istar, Sardanapali uitá agũt

intelligẽda sũt hic tria primũ ẽ ꝙ sicut ista libro nono dicetur id ad quod unusque maxie afficitur putat esse uitá suá. ut phs philosophari uenator uenari & sic de aliis. ad finẽ uero maxime afficitur homo: inde est ꝙ ꝑ diuersitatẽ finiũ uite distingũtur Itẽ quia finis rõnem habet boni: inde etiá est ꝙ sm̃ diuersitatem bonorũ fines diuersi sumũtur. itaq; sm̃ ꝙ hoĩes res diuersas putát esse eis bona: sic & diuersi diuersos fines intendunt. secundo notandũ ꝙ oĩs uita habet sibi annexá uoluptatẽ: & tamẽ phs hic eam solá dicit uoluptuosá que finẽ constituit in uoluptate sensus atq; uituperabili & probrosa. & hoc hac de causa phs sic noĩauit: quia iuxta ciceronẽ libro quarto tusculanarũ utendũ est causa doctrine uerbo nimis usitatissimo. est aũt apud uniuersos hoĩes usitatissimũ per uolutuosá uitá eam solũ intelligere que in sẽsus uoluptate probrosa finẽ cõstituit. per ciuilẽ uero uitá phs intelligit indifferenter uitá que felicitatẽ & finẽ cõstituit in honore aut uirtute. per contẽplatiuá uero eam intelligit que in operatione rationis speculatiue finẽ ultimũ cõstituit. tertio ẽ hic intelligendũ ꝙ phs has tres uitas hac de causa maxime precipuas dixerit ut significaret uniuersas hoĩm uitas plurimũ sub his cõtineri. nec tamẽ negare intendit aliquá esse uitá que sub istis nõ cõtineatur. talis mihi uidetur uenatorũ ac aleatorũ uita. at preterea oĩum auarorũ qui in nullo alio bono quá in pecunia finẽ cõstituũt. illius itaq; uerbi maxime precipue erit uera expositio maxie freq̃ntes aut frequẽtate uel usitate. Vulgus igitur. in q̃ phs duo facit prĩo hãc reꝓbat opionẽ. 2o eius motiuum assignat. 2a ibi Sustẽtãtur aũt. dicit ergo prĩo uulgus igit̃ uidet̃ oĩno seruile deligẽdo idest eligẽdo uitá pecorũ hoc ẽ bestialẽ aut animalẽ uitá. hec ẽ aristotelis rõ q̃ licet sit breuis: satis tñ intelligibilis. itaq; i uirtute rõ illa erit hec. uita pecorũ ac seruilis nõ est hoĩs uita nec suprema: illa aũt uita uoluptuosa q̃ consistit i uoluptate sensus ẽ uita pecorũ ac seruilis: igitur nõ erit hoĩs uita nec suprema qualis eẽ debet humana felicitas. prĩa ꝓpositio est plus q̃m manifesta. qm̃ sicut aliud pecorũ genus aliud hoĩm: sic etiá & pecorũ uita ab humana erit genere distinta. uita quoq; seruilis ꝙ altera sit a uita suprema nemo ambigit: cũ nõ modo ab ea differat: uerũ ei opponatur. minor etiá ꝓpositio patet ꝑ hoc ꝙ oĩa pecora tanq̃ in eorum bonũ optimũ maximo impetu ferũtur in sẽsus uoluptatẽ presertim gustus ac tactus. at ꝑ hoc talis uoluptas seruilis erit. sũt eĩ pecora oĩno seruilia atq; hoĩm possessio. itaq; duplex ẽ rõ ꝓpter q̃m i sensus uoluptate nõ põt cõsistere humana felicitas. prĩa qa est oĩno seruilis. at ꝑ hoc infima ac uilis. secũda rõ qa talis uoluptas nõ ẽ hoĩ ꝓpria cũ sit cõmunis cũctis aĩantibus. felicitas aũt ut iá patebit eẽ debet hoĩs ꝓpria ꝑfectio. utraq; istarũ rõnũ tãgit̃ ab aristotele. prĩa ꝑ hoc ꝙ dixit oĩno seruile. 2a uero ꝑ illud uitá pecorũ. aduertẽdũ tñ ꝙ illacõ sũctio illatiá igit̃ nõ ponit̃ hic a pho illatiẽ sed potius incohatiue. Sustẽtãtur aũt. i qua phs tãgit istorũ rõnem. & dicit ꝙ isti uulgares qui i sensus uoluptate ponũt felicitatẽ sustẽtãtur aũt. i. credũt se sustẽtari ob id ꝙ pleriq; homines i potestatibus cõstituti ut reges & huiusmodi quos uulgares credũt eẽ felices uitá agũt hoc est uiuũt in star. i. ad modũ & similitudinẽ sardanapali regis assiriorũ qui uoluptatibus oĩno fuerat deditus. intelligẽdũ est hic ꝙ licet hec rõ nõ sit uera: fuit tamẽ sufficiẽs ad hoc ꝙ

aristoteles de hac opiōe cōsideraret.eas eī opiones hic pertractādas eē dixerat q̄ aliq̄
saltē apparētē rōnem haberēt.¶ Elegātes aūt.hec ē tertia pars huius capl'i in q̄ inqui
rit de opiōne ponēte felicitatē in honore.& primo ipam ponit dicēs elegantes aūt ui
ri.i.ingenui ac nobiles ex rebus agēdis apti.i.ad res agēdas apti honorē.intellige eē
credūt felicitatē.cuius rōnem subiūgit dicēs hic eī.s.honor ciuilis uite hoc est eorū
qui ciuil'r uiuūt est fere finis.intelligēda sūt hic duo.primo ꝙ per uiros elegātes aris
toteles intelligit ciues ac ciuitatū gubernatores nō lucro sed honori studētes ingenu
os ac nobiles qui natura & opere a uulgo lōge differūt. hi quidē ciues uulgares autē
nō ciues sed ciuiū instrumēta ab aristotele in polithica dicūtur.secūdo notandū ꝙ ci
ues ac ciuitatū gubernatores natura ingenui ac elegātes plurimū intēdūt honorē tā-

¶ Elegātes aūt uiri & rebus agēdis apti hono
rē.Hic enī fere ciuilis uite finis est.¶ Sed ui-
detur leuior q̄ is quē querimus:finē magisq̄
in honorātibus q̄ in eo qui honoratur cōsiste-
re.Nos aūt ꝓpriū quoddā & quod leuiter au-
ferri nequeat sūmum bonū uaticinamur.¶ In
super honorē sequi uidērut ut se honos eē cō-
firmēt.itaq̄ a sapiētibus querūt & apud illos
maxime qui eos cognoscūt & uirtutis causa la
udari.Patet igitur quātum ad hos attinet uir
tutem esse potiorē.¶ Atq̄ eam fortasse quis-
piam ciuilis uite finem magis putabit.Sed ui
detur & hec imperfectior.nam & dormire uir
tutem habētem & nō operari in uita recipere

quā finē ultimū: aliqui tamen
sūt qui nō honorē: sed uirtutē
aut eius operationē intēdūt tā-
quā bonū ultimū. & ꝓpter hoc
phs dixit fere.quasi diceret plu
rimū sic est: in aliquibus tamen
deffecit.illi uero ciues aut eorū
gubernatores qui uoluptati a-
ut lucro magis quā honori aut
uirtuti studēt:nec elegātes neq̄
natura ingenui dicēdi sunt:sed
omnino uiles ac ex natura serui
les.¶ Sed uidetur.in qua bifari
am improbat hanc opiōnē.pri-
mo sic sed honor uidetur leui-
or.i.exterior ac magis facile au
feribilis q̄m sit is idest ille finis
quē hic querimus.s.felicitatem
uidetur etiā honor magis con-
sistere in honorātibus q̄m in eo
qui honoratur. & hec est argu-
mētationis prima propositio.cui alterā subiungit dicēs nos aūt uaticinamur.i.uatici
nādo dicimus sūmum bonū esse quidā propriū & tale qd' nequeat auferri leuiter.in-
telligendū ꝙ illa ꝓpositio honor est in honorāte intelligit̄ in actu ac potestate hono-
rantis.consistit enim honor in quibusdam signis exterioribus cuiusmodi sūt capitis
inclinatio genuafiectere & huiusmodi que omnia consistunt in actu & potestate ho-
norantis: non autem eius qui honoratur.item aduertendum ꝙ illa coniunctio encli-
tica.que.nō tenetur hic copulatiue sed expositiue.idem enim per illas duas proposi-
tiones significatur.secunda tamē primā exponit. eodemq̄ modo intelligēdum est de
illa coniunctione.et.secunda enim primā declarat.quia quod propriū est nequit leui
ter auferri.quod uero phs dixit uaticinamur:hac de causa dixerat quia nōdum quid
felicitas sit demonstrauerat.uel dic ꝙ loquitur ibi in persona oīum de felicitate consi
derantium qui licet in aliis aberrēt:in hoc tamē quasi natura ducti recte uaticināntur
¶ Insuper honorem. in qua ponit rationē secundā dicens insuper.i.item uidētur ho
mines aliqui honorem sequi.i.honorari uele ut se bonos.i.uirtuosos esse confirmēt:
intellige apud se & etiam apud alios.itaq̄ a sapientibus & apud illos.i. ab illis q eos
cognoscunt querunt.i.uolunt aut desiderant laudari maxime. patet igitur quantum
ad hos attinet uirtutem esse potiorem.i.meliorem intellige quam honorem.id enim
melius est propter quod aliud queritur.ex quo subauditur honorem non esse felicita
tem.felicitas enim bonum esse debet quod propter se & non propter aliud queratur.
¶ Atq̄ eam.hec est quarta pars huius capituli in qua inquirit de opinione ponēte fe-
licitatem in uirtute.& primo opinionem ipam ponit dicens atq̄ eam scilicet uirtutē
fortasse quispiam putabit ciuilis uite esse finem magis. subaudi quam honorem. sed
philosophus hanc opinionem bifariam reprobat.primo sic sed uidet̄ hec scilicet uir-
tus imperfectior ītellige quam felicitas.nam uirtus uidetur recipere idest pati & ho-
minem habentem uirtutem dormire.& etiam nō operari in uita.subaudi felicitas āt

uidetur. ¶ Et insuper maxima mala aduersitatesq; subire. Eum uero qui ita uiuat nemo beatum dicet nisi positionē custodiens. Et de his quidem satis: nam & in coronis de his abunde dictum est. ¶ Tertia est contemplatiua uita de qua in sequentibus considerationem faciemus. ¶ Pecuniis uero intendens uiolentus quidem est. ¶ Ipse quoq; diuicie nequaq̄ sunt id quod querimus bonum. Vtiles enim sunt & alterius gratia. ¶ Itaq; magis illa que supradiximus fines quis existimet quoniam propter se expetuntur: sed apparet nec illa esse q̄muis multa uerba in his consumpta sunt.

hec nō patitur. igitur uirtus nō erit felicitas. intelligendum est hic ꝙ homo cum dormit non habet optimum statum. eoꝙ meliorem habere possit. scilicet cum uigilat. felicitas autem est optimus status ultra quem melior esse non poterit. Item aduertendū est etiam esse possibile hominem uirtutem habere perfectam: nihil tamen operari secundum eam. ut siquis habita in eo liberalitate & magnificentia depauperetur & sic per totam uitam uixerit. habebit itaq; has uirtutes: nihilq; secundum eas operans in uita. felicitas autem cum sit idem quod bene uiuere & bene agere esse non poterit sine operatione. Sequitur illa pars. ¶ Et insuper maxima. in qua secundam ponit rationem dicens & insuper idest item uidetur uirtus pati hominem uirtuosum subire maxima mala & aduersitates. eum uero qui uiuat ita scilicet misere & infortunate: nemo dicet idest appellabit beatū nisi sit custodiens non ueritatē sed positionem idest opinioēm. utrum autem sola uirtus sit sufficiens ad beate uiuendum nō est parua disputatio. & propter hoc dicit phiosophus & de his quidem satis. nam dictum est de his abunde in coronis. aduertēdum ꝙ apud nostros nō satis est scitum quid philosophus intelliga. cum dixit in coronis. quid quid tamen de nomine sit. in re eē suspicamur librum aut libellum ab aristotele editum fuisse intitulatum de coronis in quo aristoteles contra stoicos sufficienter demonstrauerit uirtutem solam non sufficere ad beate uiuendum. quod etiā infra in hoc libro demonstrabit. posset exponi in coronis hoc est in circulis quos philosophi disputantes tenebant. & hoc est uerisimile aristotelem intellexisse cum dixit de his abūde in coronis. ¶ Tertia est contemplatiua. hec est quinta pars in qua philosophus mētionem facit de uita contemplatiua dicens tertia uita est contēplatiua. de qua hic tractare non intendimus sed in sequentibus scilicet libro decimo faciemus de ea uita cōsiderationem. intelligendum est hic ꝙ postq̄ philosophus determinauerit de rebus necessariis ad bonum ciuile: loco ultimo determinat de uita contemplatiua in qua (ut libro septimo polithicorum demonstratur) consistit humana felicitas siue ciuile bonū supremum. ¶ Pecuniis uero. hec est ultima pars huius capituli in qua bifariam reprobat opinionem ponentem felicitatem in pecuniis. dicit ergo primo pecuniis uero intendens idest studens est idest esse poterit uiolentus quidam: hoc est malus peruersus ac uiolentias faciens. talis igitur non erit felix. cum felicitas (ut fere omnes consentiunt) sit bene uiuere ac bene agere. ibi. ¶ Ipseq; profecto. ponit secundam rationem dicens & ipse profecto diuicie nequaq̄ sunt bonum quod querimus. scilicet summū. utiles enim sunt & pro idest alterius gratia. quod enim utile est hac ratione utile dicitur quod gratia alterius sit. illa itaq; coniunctio. et. non copulatiue sed expositiue hic tenetur. aduertendum ꝙ utile bifariam sumitur. uno modo pro omni bono honesto utili aut delectabili. & hoc modo improprie dicitur. alio modo proprio sumitur pro illo scilicet quod non sui: sed alterius gratia est. & hoc modo hic a philosopho sumitur. & per pecunias intelligit non solum numismata: sed etiam omnia que numismate possunt apreciari. itaq; uniuerse possessiones hic sub pecuniis comprehenduntur. ibi cum dicit. ¶ Itaq; magis. comparat pecunias ad bona prefacta dicens itaq; magis idest melius aut saltem minus male quis existimet idest existimare poterit illa que supra diximus esse fines. subaudi quam pecuniam. quoniam pecunia non expetitur ꝓpter se: illa tamen expetitur propter se. & enim si nullum aliud bonum esset: nihilominus essent expetibilia propter se. sed apparet nec illa bona esse felicitatem: q̄muis

multa uerba sint composita in his idest super his rebus. ab stoicis scilicet qui uirtutē solam ad beate uiuendum sufficere demonstrare conātur. idem etiam epicuri faciūt de uoluptate. intelligendum est hic pro intellectu illius quoniam propter se expetuntur: ꝙ bona ut infra dicetur trifariam diuiduntur. sunt enim quedam propter aliud semper & nunq̄ propter se expetibilia: cuiusmodi sunt pecunie & uniuerse possessiones: aliquod uero est bonum quod semper propter se & nunq̄ propter aliud est expetibile: tale est sola felicitas: alia uero sunt que & propter se & propter aliud sunt expetibilia: tales quidem sunt honor, & uirtus. & de his hic philosophus loquebatur cum dixit quoniam propter se expetuntur. & ex his patet illos magis errare qui felicitatē ponunt in pecunia: quam eos qui in aliis rebus felicitatem constituere. nullum est eī bonum quod minus sit propter se expetibile quam pecunia.

Is igitur omissis de uniuersali forsam prestabit & quēadmodum dicatur inquirere. Quamquam hec questio perardua sit ob amicos qui ydeas introduxerūt. Sed

Is igitur ommissis. hoc est tertium capitulum in quo ponitur & improbatur opinio sapientum platonicorum. & diuiditur in quinq̄ partes. primo premittit huius inquisitiōis necessitatem. secundo probat ꝙ nō sit una cōmunis idea oīum bonorum. tertio inquirit de modo loquendi platonis. quarto inquirit modum quo nomē boni de uniuersis bonis dicatur. quinto ostendit ꝙ etiam si esset idea talis: nō pertineret ad propositum ut scilicet secūdū eam esset querenda felicitas. secunda ibi huius opiniōis latores. tertia ibi ambigat uero quispiam. quarta ibi ex illis. quinta ibi sed hec fortasse nunc relinquenda sunt. in prima parte tria premittit. primo utilitatem huius inquisitionis. secundo difficultatem. ibi q̄nq̄m hec. tertio ostendit hanc difficultatem huic inquisitioni nō debere impedire. ibi sed pro defensione. pro intellectu primi sunt hic duo intelligenda. primum est ꝙ illud in quo platonici ponebāt hominis felicitatem dicebāt esse uniuersale bonum: per cuius participationem cetera alia bona dicerentur. itaq̄ illud bonum uniuersale dicebant nō per predicationem: scilicet sic ꝙ de aliis bonis p̄dicaretur: sed potius illud uniuersale dicebant per causationem: sic ꝙ eēt ceteris causa cur bona existerent. & hoc modo erant bona per participationem idest per bonitatis partem eis dactam uel cōmunicatam ab ip̄o toto bono. secundo notādum ꝙ de opinionibus erroneis quanto aliqua opinio fuerit magis erronea: tanto eius improbatio erit utilior. aristoteles quidem credidit ꝙ maior esset error ponere felicitatem in bono ac homine separato q̄m in alio bono ad uitam humanā pertinente qualecūq̄ illud bonum esset. cuius causa ut inquit est quia felicitas esse debet hominis proprium: ac tale bonum quod ab homine agi & possideri queat. dicit ergo primo igitur ommissis his scilicet prefactis opinionibus. uidere hoc est cōsiderare de uniuersali intellige bono a platonicis posito & pro idest inquirere quēadmodum idest per quem modum dicatur scilicet a platone. uel dic quēadmodū dicatur. i. quēadmodū dici possit: forsā p̄stabit. i. erit utilius intellige q̄ prefactas opīones cōsiderasse atq̄ improbasse. cuius causa ut dixerā est qa q̄nto opīo magis a ueritate deuiat: tāto eius cōsideratio atq̄ imp̄batio erit utilior. deuiat quidē nimis a ueritate bonū humanū extra hoīem ponere. & illud quidē aduerbiū dubitādi forsā nō uidetur quicq̄ opari preter hoc ꝙ ē tēperamentū locutiōis. ut eī nup dicebamus & est aristotelis preceptio ī secūdo sue rhetorice cōsueuerāt sapiētes ī rebus etiā certis dubitatiue dicere. qd̄ ego credo sic facere ut oēm a se procul repellāt arrogātiā. illa etiā cōiunctio. et. potius hic uidetur poni expositiue q̄m copulatiue. Quāquā hec questio. ubi p̄hs tāgit difficultatē q̄ occurrit ī hac cōsideratiōe. circa qd̄ aduertēdū est difficultatē rei cuiuspiā bifariā nasci: aut ex re ip̄a q̄ in se difficilis ē aut ex rei circūstātiis. aristoteles quidē imp̄bare opīonē platonis non putat eē difficile nec arduū quātū est ex parte rei: hoc tñ putat esse p arduū ac difficile ī quātū in hac materia ē necessariū aut dicere falsū qd̄ nullo modo cōuenit aut aliter q̄m plato qd̄ nimis uidet̄ durū ꝑpter id ꝙ plato fuerit uir famosissimus atq̄ eius preceptor & amicus. aduertēdū etiā ꝙ hec excusatio potius hic a p̄ho q̄m alibi ponit̄ ꝑpterea ꝙ aduersū amicū dicere: aliquibus uideret̄ esse cōtra bonos mores de quibus hic cōsiderat. dicit ergo uidere & cōsiderare de bono uniuersali platonico & inq̄rere

queadmodum dicatur prestabit:qmqm hec questio sit perardua idest difficilis ob ami
cos scilicet platonicos:qui ideas idest formas reru introduxerunt. itaq difficultas ista
no ex re ipa:sed ex homine originem habet. est quippe nimis durum aduersus amicos
dicere. & est aduertendum q illud nome idea grecum in nostram declinationem tra-
ductum idem significat quod forma. & proprie ut dicunt significat no formam mate
rie inherentem:sed potius exemplar ad cuius similitudinem alia producuntur. & hoc
conueniebat ideis platonis. ad earum enim similitudinem inquit uniuersa sensibilia p
duci. ¶ Sed pro deffensione. in qua ostendit no esse cessandu ab hac inquisitione pp-
ter talem difficultatem. sed non ostante prefacta difficultate: existimadum est uniuer
sos homines & presertim philosophos idest potissime sapientes ueritatis professores

pro defensione ueritatis etiam propria impug
nare oportere preferti, philosophos magis for
san extimandu est Nam cum ambo sint amici
pium est ueritatem in honore preferre. ¶ Hu
ius opinionis latores no ponebant ydeas i qui
bus prius & posterius dicebatur Itaq nec nu-
merorum ydeam constituebant. Bonum aute
dicitur & in eo quod quid est & in eo qd qua-
le & in eo quod ad aliquid. quod uero per se at
q substantia est prius natura q id quod ad ali-
quid est. Nam id tanq adiacens quidam & ac-
cidens substantie uidetur esse. Quare in his q

pro deffessione ueritatis impug-
nare idest improbare no solum
aliorum dicta: sed etiam sua p-
pria oportere idest conuenitefor
sam magis: intellige qm homi-
ni cuipiam in re no uera assinti
ri. quod autem oporteat ueritat-
tem amicis preferri probat hac
ratione nam cum ambo scilicet
homo & ueritas sint amici piu
est ueritatem in honore prefer-
re. sicut enim infra libro octa-
uo demonstrabitur: amicus ho-
norandus & amandus est prop-
ter uirtutem. erit itaq uirtus i
amore & honore homini prefe
renda. ueritas aute ut libro qr-
to dicetur una est de uirtutibus
humanis. preferenda erat igitur ueritas platoni & cuicuq homini. imo & sibi ipi p-
ut aristoteles in littera significare uidetur per hoc q dixit etiam propria. ex hoc colli
gitur ad uirtuosum hominem pertinere sua dicta uel scripta rettactare: cum ea sense
rit esse dicta uel scripta minus bene. si enim dicta sua non bene dicta uelet sustinere
manifeste faceret contra uirtutem ueritatis. & est aduertendum q philosophus pro-
prie dixit pium. est enim pietas cum honor debitus maioribus exhibetur. ut pote pa-
trie aut parentibus. cum itaq uirtus sit maior amicus quam homo: si uirtus in hono-
re homini preferatur: erit profecto pietas. & si econtra fiat: non parua quippe erit im
pietas. ¶ Huius opinionis latores. hec est secunda pars principalis huius capituli in
qua philosophus quadrifariam ostendit non esse unam ideam comunem omnibus bo
nis. secunda ibi preterea cum bonum. tertia ibi preterea cum eorum. quarta ibi ex il-
lis uero. pro intellectu primi intelligendum est q aristoteles hic procedit contra pla-
tonem ex his que ab eo concedebantur. ponebat enim plato unam comunem ideam
rebus eiusdem speciei. rebus uero se habentibus secundum prius & posterius prout
aristoteles refert: non ponebat ideam communem. dicit ergo huius opinionis latores
non ponebant ideas in quibus dicebatur idest inueniebatur prius & posterius. itaq
nec numerorum ideam constituebant. intellige de numeris diuersatum specierum.
ut sunt binarius & ternarius numerus. numeris tamen eiusdem speciei plato pone-
bat ideam. quam ut patet ex septimo methaphice in binario dualitatem : in ternatio
trinitatem appellabat. & sic de aliis. ex hoc itaq a platone concesso: aristoteles sic ad-
uersus eum procedit. bonum autem dicitur idest iuenitur in eo qd quale hoc est in q-
litatis genere. & in eo quod ad aliquid. idest in genere ad aliquid. quod uero per se di
citur atq substatia prius est natura quam id quod est ad aliquid. quod sic probat nam
id scilicet ad aliquid uidetur esse tanquam adiacens quidam & accidens. & hec duo
scilicet adiacens & accidens idem dicunt. sicut etiam illa duo per se & substantia. ex
his concludit intentum dicens quare pro igitur in his quidem scilicet in qualitate &
in ad aliquid & substantia: nequaquam idea quedam idest una foret idest esse posset

cōmunis.& intellige si non in his.nec etiam in bonis erit una cōmunis idea.cum bona in his predicamentis reponantur.stat itaq̧ ratio in hoc in rebus dictis secundum prius & posterius non est cōmunis idea: ut ipse idem plato concedebat. sed bona habent se secundum prius & posterius.quod patet per hoc ꝙ sunt in predicamentis diuersis que dicuntur secundum prius & posterius.igitur bonorum non erit una communis idea alioqui rebus dictis secundum prius & posterius esset una cōmunis idea. quod est contra platonem. Preterea cum bonum. in qua ponitur ratio secunda. & dicit preterea cum bonum tot modis dicatur quot modis dicitur ens(nam bonum dicitur & in eo quod quid idest in genere substantie.ut deus & mens.& in quali idest q̄litatis genere sunt uirtutes.& in q̄nto idest quantitatis genere est mensuratum quod etiam est bonnm:per hoc ꝙ mēsure subicitur. & in ad aliquid est utile quod ī finem refertur: & in tempore hoc est in genere quando est occasio idest opportunitas temporis. & ī loco hoc est in genere ubi : est dicta que dicitur iter aut uia unius diei. hic tamē a philosopho uidetur poni pro loco oportuno. & alia huiusmodi idest & alia sunt bona huiusmodi hoc est per hunc modum in ceteris generibus se habentia)cum inquā ita est:manifestum est nō esse bonum cōmune uniuersale & unum ꝙ uero seq̄tur probat philosophus dicens nō enim in omnibus sed in uno dūtaxat predicamēto dicerentur hoc est reponerentur uniuersa bona: hoc autemsequi uidetur ex fundamento platoīs qui omnia quorum est una idea dicebat esse unius ac eiusdem generis. aduertendū ꝙ hec due rationes solum uidentur differre per hoc ꝙ platonem ad diuersa deducunt īcōuenientia.uel dic ꝙ hec secunda nō est ratio a prima distinta sed eius quod ī ratione prima sūpserat confirmatio.dixerat enim ibi bona dici in predicamantis diuersis: quod hic probare uidetur inferēdo id quod prius inferebat. cum autem philosophus in genere substantie dixit esse deum:substantiam sumebat non pro aliquo genere limitato:sed pro omni quod distinguitur contra accidens ut sit substantia omne quod non est accidens. mens uero ibi sumitur pro anime parte intellectiua pro ea scilicet q̄ distinguitur contra sensitiuam.uel dic ꝙ mentem appellat partem anime rationalem quam in fine primi libri distinguit ab irrationali parte. ille enim animi partes(licet aliqui contrarium teneant)mihi tamen uidetur aristotelem uoluisse fore substantiales partes animi.Sequitur illa pars: Preterea cum eorum.in qua ponitur ratio tertia.& dicit preterea cum eorum que secūdum unam sunt ideam:una sit scientia quod etiam a platone conceditur:certe & bonorum omnium una scientia foret. nunc autē sunt plures:non solum bonorum diuersorum generum : sed etiam eorum bonorum que sub uno sunt predicamento:ceu temporis in bello:res militaris. in morbo: medicina.in laboribus hoc est exercicijs:ginastica idest exercitatiua. itaq̧ ex positione platonis sequitur unam esse scientiam omnium bonorum quod probatum est eē falsum. erit igitur positio platonica falsa cum ex ea falsum sequatur.est autem hic aduertendum ꝙ aliqui fauentes platoni dicunt ꝙ aristoteles per has rationes & sequentia non obicit contra platonem sed contra eos qui platonis dicta non bene capiunt.ego uero istos non intelligo.nec per edem apolinis ambigo aristotelem hic platonem impugnate:cum ipse idem in principio huius capituli hoc protestatus fuerit. fateor tamen

dem nequaq̄ cōmunis foret ydea. Preterea cum bonum tot modis dicatur quot modis dicitur ens.Nam & in eo quod quid ut deus & mens & in quali uirtutes & in quanto mensuratum & ad aliquid utile & ī tempore occasio & in loco dieta & alia huiusmodi manifestum est nō esse cōmune uniuersale & unum.Nō eī in omnibus sed in uno dumtaxat predicamento diceretur. Preterea cum eorum que secūdum unam sunt ydeam una sit scientia certe & bonorum omnium una scientia foret. Nūc autem sunt plures etiam eorum que sub uno predicamento sunt.Ceu temporis quidem in bello res militaris:in morbo medicina in labori-

a nemine de nostris satis fuisse scitum quid plato intellexerit. nec ego de me ipso hoc dicere uereor: cum ipse idem aristoteles in primo methaphisice apperte dicat se non intelligere quid pithagorici per immitationem aut platonici per participationem dicere uelint. si igitur aristoteles platonis discipulus scripta platonis non satis intelligebat: quibus commentariis platonis fidem dabimus? & adde ꝙ ille liber qui timeus dicitur ubi de hac materia plato tractauerat ad latinos non peruenerit integre. quidquid igitur fuerit de intentione platonis: aristoteles platonis uerba tanquam falsa improbat. aduertendum tamen ꝙ aristoteles non intendit negare esse unum summum bonum totius uniuersi a rebus sensibilibus separatum in quod bonum sicut ipse demonstrat in duodecimo methaphisice cuncta entia ordinantur ut pote in ducem exercitus.

bus ginnastica. ¶ Ambigat uero quispiam quid dicere uelit. ipsum quodq;. si quidem in ipso homine & in homine una atq; eadem ratio hominis est. Qua enim homo: nihil differet. quod si ita: neq; qua bona. Si quidē nec magis albū id quod diuturnū q̄ id qđ unius diei

ꝙ uero intendit impugnare est ꝙ bonorum sit una idea tanq̄m una communis ratio. & hoc optime conuenit cum nostra theologia que rerum specie differentium ponit in deo ideas secundum rationem differentes. itaq; res est una rationes autem sunt diuerse. est itaq; error non paruus dicere ꝙ sit idea cōmunis una secundum rationem rebus genere aut specie differentium. cum igitur bona genere aut specie differant: nulla erit omnium bonorum una communis idea. quod aristoteles hic contra platonem probare intendit. ¶ Ambigat uero. hec est tertia pars principalis huius capituli in qua inquirit de modo loquendi platonis. & primo ostendit ꝙ illud bonum non conuenienter nominetur a platone. secundo ibi probabilius comparat hanc opinionem opinioni pithagore. pro intellecto primi intelligendum est ꝙ plato illud bonum separatum appellabat ipsum quodq;. nominabat enim illud bonum quodq; quasi illud esset omne bonum. appellabat quoq; illud bonum ipsum quasi per se & non per aliud esset uel ipsum & non aliud esset. itaq; illud pronomen ipsum teneretur ibi discretiue. ut illud sit bonum: alia uero non sint bona: sed bona per participationem: tanquam si dixeris illud solum est bonum absolute: alia uero non absolute: sed cum additamento. scilicet per participationem. hanc autem diuersitatem nominandi bona aristoteles hic improbat dicens ambigat uero quispiam quasi dicat aliquis ambigerere poterit quid idest cur platonici uelint dicere idest nominare bonum illum separatum quodque ipsum aut ipsum quodq;? quasi dicat nullam rationabilem causam assignare poterunt. procedit enim hic philosophus interrogando. ꝙ autem illa diuersitas nominum irrationabiliter assignetur probat dicens si quidem idest quia certe in homine scilicet sensibili & in homine ipso supple intellegibili qui a platone nominatur homo ipse: eadem atq; una est hominis ratio. ꝙ autem sit una atq; eadem ratio probat dicens nihil enim different qua homo idest in quantum homo. quod si ita: intellige se habet in homine: nec qua bonum. idest nec bonum scilicet sensibile & bonum ipsum quod est bonum intellegibile differrent in quantum bonum. quod etiam declarat per simile dicens si quidem idest quia certe non est magis album id quod diuturnum quam id quod est unius diei. imo est possibile id album quod paruo tempore durat esse albius quam id quod longo tempore permanet. uel dic quod in hac particula si quidem magis album & cetera philosophus confutat aliquorum responsionem. posset enim aliquis dicere non esse eadem rationem hominis sensibilis & hominis intellegibilis: eo ꝙ ille paruo tempore durat: iste uero perpetue. ad hoc philosophus respondet ꝙ duratio diuturna aut parua non facit diuersitatem in ratione specifica. quod demonstrat per album diuturnum & id quod est unius diei. est itaq; aristotelis intētio ꝙ cum bonum separatum & bona materialia quorum illud est idea sint unius rationis specifice: esse debent unius atq; eiusdem nominis. occasione precedentium uideretur alicui ꝙ philosophus sibi cōtradicat. in decimo quidē methaphisice iuxta finē libri arguendo contra platonē demonstrat hominem corruptibilem & incorruptibilē

differre non solum specie: sed etiam genere. quod probat per hoc ꝙ omnia contraria que sũt unius generis sũt inuicẽ trãsmutabilia: corruptibile uero & ĩcorruptibile nõ sũt inuicẽ trãsmutabilia: erunt igitur ut inquit genere differẽtia. hic tamẽ uidetᷣ dicere ꝙ homo incorruptibilis a materia separatus & homo corruptibilis in materia existens sint unius atꝗ eiusdẽ rõnis specifice. erit igitur in meta. redargutionis. cum hic cõcedat: quod ibi negauerit. ad hoc dicitur ꝙ phs hic procedit ex concessis a platone ex quibus aduersus platonẽ infert cõuenientia nõ pauca. uolebat enim plato ꝙ homo a materia separatus & homo in materia existẽs essẽt unius atꝗ eiusdẽ speciei. hoc ẽ ꝙ phs reprobat in methaphisica. hic uero ex hoc a platone concesso ipm redarguit ob id ꝙ aliter separata & aliter materialia noiauerit. si quidẽ homo ĩmaterialis & homo in materia existens sint unius speciei quod plato cõcedebat: necessario erũt unius rõnis specifice. at per hoc unius atꝗ eiusdẽ nominis specifici quod aristoteles hic aduersus platonem inferebat. Probabilius autem. in qua platonis & pithagore opiniones inuicem comparat. & dicit pithagorici autem qui in ordine bonorum unum reponunt uidentur dicere probabilius idest uerisimilius intellige quã platonici ponentes unum cõmune omnibus bonis quos pithagoricos spẽsipus nepos platonis filiusꝗ sue sororis sequi uidetᷣ. itaꝗ maluit sequi extraneũ pitagoram: q̃m auunculum suum platonẽ. & hoc est

Probabilius aũt uidẽtur dicere pithagorici: qui in ordine bonorũ unũ reponũt: quos & speusipus sequi uidetur. uerũ de his dicetur alio loco. Ex illis uero q̃ supra diximus dubitatio quedã sub orta apparet q̃m nec de uniuerso bono sermo habebatur. Et q̃ nos ꝓpter seipsa appetimus atꝗ optamus secũdũ unã speciem dicuntur. Que uero hec efficiunt aut custodiũt: aut cõtraria prohibent ꝓpter illa dicuntur: & alio modo. Constat igitur bifariam dici bona: alia propter seipsa: alia propter alia.

signũ ꝙ pitagore opinio erat probabilior q̃m platonis positio. uerum de his dicetur alio loco scilicet in methaphisica. pro intellectu horum considerandum est ꝙ plato idem esse dicebat bonum & unum. at per hoc bonum separatum esse dicebat unum cõmune omnibus bonis. pitagoras uero duos ordines rerum ponebat. quorum primum dicebat esse bonorum aliud malorum. in ordine quidem bonorum (ut aristoteles refert in primo & undecimo methaphisice) collocabat finitum impar unum dextrũ masculinum quiescens rectum lux bonum quadratum. in ordine uero malorum dicebat esse istorum opposita. scilicet infinitum par plurale sinistrum femeninum motus curuum tenebra malum altera parte longius. patet igitur ex his quod philosophus dicebat esse probabilius unum inter bona connumerari ut pitagoras dicebat: quam esse cõmune cunctis bonis ut plato uolebat. Ex illis uero que supra. hec est quarta ps principalis huius capituli. in qua inquirit qualiter bona dicantur aut qualiter nomen boni de uniuersis bonis dicatur. unde aduertendum ꝙ nõ parua est dubitatio de bonis an scilicet dicantur uniuoce aut equiuoce aut potius anologice. hanc igitur questionem philosophus hic determinans: ostendit primo ꝙ non dicantur secundum modũ platonicum. secundo ueritatem questionis determinat ibi Quẽadmodum ergo. in prima parte tria facit. primo questionem premittit atꝗ questionis occasionem. secundo ibi Et que nos. ostendit uniuersa bona non eodem modo uel non secundum eãdem rationem dici. tertio ibi que ergo ostendit ꝙ nec etiam bona propter se secundum eamdem rationem dicatur. intelligendum est hic ꝙ hec tria scilicet aliqua dici uniuoce aut secundum rationem: uel ideam unicam idem significant iuxta platonicam doctrinam. itaꝗ uno posito: alia ponuntur. & uno destructo: alia destruuntur. dicit ergo primo ex his uero que supradiximus dubitatio quedam sub apparet hoc est modo aliquo apparet. occasio uero huius dubitationis est quoniam sermo habebatur hoc est fiebat de bono uniuerso. i. oĩ. itaꝗ cũ de bonis oĩbus hic sermo factus sit: occurrit dubitatio q̃lr bona dicãtur aut qđ ide est q̃lr nomẽ boni de cũctis bonis dicatᷣ. Et q̃ nos. ostendit ꝙ nõ dicantᷣ oĩa mo unico. & dicit & illa bona q̃ nos ꝑpᷣ seipsa apetimus atꝗ opta-

mus secundum speciem unam idest modum unum dicuntur. illa uero bona q̄ efficiũt aut custodiunt hec scilicet bona propter se optabilia aut prohibent contraria scilicet istorum propter se optabilium dicũtur intellige bona propter illa scilicet propter se optabilia. & modo alio. idest distinto. ex his infert intentum dicens constat ergo bifariam dici bona: scilicet alia propter seipsa alia uero propter illa. scilicet que sunt propter seipsa. sunt itaq; bona aliqua propter se apperibilia: alia uero utilia que nec apperibilia sunt nisi in q̄ntum in bona propter se referuntur scilicet tanq̄m eorũ effectiua aut conseruatiua aut contrariorũ prohibitiua. & ex his satis ē manifestum ꝙ uniuersa bona nõ dicantur secundum unam ideam. illa enim que secundum ideam unam dicuntur: nec bifariam nec modo quouis multifariã dici possunt. ipse namq; plato concedebat secũdum unam atq; eãdem rationem dici, que secũdum ideam unam diceretur.

¶ Que ergo propter se bona sunt ab utilibus separantes consideremus si secũdum unam dicantur ydeam. Sed que ponenda sunt propter se bona: an quot sola licet quis persequitur ueluti sapere uidere: & uoluptates quidam & honores. Nam hec & si propter alia persequamur tamẽ & propter seipsa ĩ bonis quis reponat, an nihil aliud quicq̄ preterq̄ ydeã. Itaq; superflua spes erit Sin autem & hec sunt propter se bona eadem in cunctis rationẽ boni extare oportebit: queãdmodũ albedinis in niue: & cerusa honoris aũt & prudẽtie & uoluptatis alie atq; diuerse sũt rationes que bona sunt. Non est ergo bonum cõmune aliquid secũdũ unã ydeã.

quod uero philosophus dixit & que nos ꝓpter seipsa appetimus atq; optamus secundum eãdem speciem dicuntur: intellige hoc dictum esse prout hec bona ad utilia bona comparantur nõ autem inter se. est enim modus generalis esse propter se optabilia in quo omnia cõueniunt & per quem a bonis utilibus differũt. si tamen illa inter se compararentur (ut iam patebit) non unius sed alterius atq; alterius sunt rationis. Sequitur illa pars. ¶ Que ergo. in qua ostendit ꝙ nec etiã bona propter se dicantur secundum ideam aut rationem unam & primo intentum premittens dicit que ergo propter se bona sunt nos separantes a bonis utilibus cõsideremus si idest an secundum unam dicantur ideam hoc est igitur philosophi propositum considerare, an bona propter se optabilia dicantur secũdum ideam & rationem unam. hoc uero sic prosequitur primo questionẽ proponit cuius duo sunt membra & utrumq; prosequitur dicit ergo primo interrogando sed que ponenda sunt propter se bona: quasi dicat sed quero que sint ponenda ꝓpter se bona: an intellige esse dicemus. quot idest quecunq; bona quis idest aliquis persequitur idest prosequitur licet idest quãuis sola idest solitaria sint & ab aliis precisa ueluti sapere uidere & uoluptates quedam scilicet honeste aut saltem que non sunt ĩ honeste & honores. & addit rationem cur hec propter se bona dicantur. nam & si. i. q̄muis nos aliquando prosequamur idest prosequamur hec propter aliud: & tamẽ qs idest aliquis reponat idest reponere poterit in bonis idest inter bona, propter se ipsa. & continuo philosophus ponit aliud questionis membrum dicens an nihil idest non aliud quicquã preter ideam: intellige ponendum erit bonum propter se hec sunt igitur questionis membra quorum secundum philosophus primo prosequitur dicens itaq; superflua idest uana erit. species idest idea: ĩtellige si nihil aliud preter ideam ponatur esse bonum propter se. ponebatur enim a platone idea imago ad cuius similitudinem essent alia producta. illa uero imago cui nulla sunt similia: est superflua & uana. talis quidem esset idea si nulla alia preter ideam essent bona preter se ipsa. esset nã ꝙ exemplar & imago ad cuius similitudinem nulla essent producta. hoc igitur excluso: prosequitur aliud membrum dicens sin autem hec scilicet prefacta sint propter se bona subaudi secũdum eãdem ideam: opportebit stare eãdem rõnem boni ĩ cũctis. qđ exemplo illustrius faciens dicit quemadmodũ in niue & cerusa. subaudi eadem est ratio albi. continuo istud consequens destruit. ostendit itaq; illorum bonorum non esse

unam ratiunem dicens honoris autem & prudentié & uolupẗatis alie atq; diuerſe sūt rationes. & quia aliquis forte crederet ꝙ loqueretur de propriis ratioībus: hac de cauſa addidit qua bona ſunt. quaſi diceret nō ſolum habent rationes diuerſas in quātum talia ſunt: ſed etiam in quātum bona ſunt: honor eni bonom eſt in quātum premium aut ſignum uirtutis dicitur. prudentia uero ideo bona eſt quia ratioīs pratice eſt perfectio aut quia ad finem bonum eſt conſiliatiua. uoluptas autem bonum erit in quantum uirtutis operationi tanq̄m eius inſeparabilis proprietas inheret. patet igitur ex his ꝙ bona nō ſint dicta ſecūdū modū platonicū. itaq; nomē boni nec de uniuerſis bonis nec de his que prupter ſe dici poterit ſecundū modū platonicū: hoc eſt uniuoce & ſecundū ideam atq; rationē unam.

¶ Quem admodum ergo dicuntur neq; enim ſimilia uidentur his que fortuito equiuoca ſunt. Sed uidelicet ex eo quia ab uno ſunt aut quia ad unum cuncta conterminantur uel potius ſecundum anologiam Vt enim in corpore uiſus in anima mens. Et aliud certe in alio.

¶ Quēadmodū ergo dicitur. in qua phs uiſo ꝙ bona nō dicantur ſecūdum modū platonicū: determinat qualiter dicantur ſecundū ueritatem. & primo interrogando intentum proponit dicens quēadmodum ideſt qualiter ergo dicuntur? q.ſi dicat cum ita ſit ꝙ bona nō dicantur ſecundū modū platonicum: uidendum eſt qualiter dicantur. ſcilicet an equiuoce an potius anologice dicta ſint. hác queſtionem phs determinans inquit nec enim ideſt certe ſimilia uidentur his que sūt equiuoca fortuito. cuiuſmodi ſunt illa quorum uox eſt una: ratio uero diuerſa nec unum nec ad aliquod unum reſpectū habentia. talem quidē modum bona nō uidentur habere. ſed inquit ariſtoteles uidelicet ideſt certe ex eo ideſt ob id bona dicuntur qa ab uno ſcilicet bonitatis principio ſunt. aut quia cuncta bona ad unum ſcilicet finē conterminant ideſt ſimul habent terminū. uel putius dicuntur ſecundū anulogiam ideſt ſimilem cōparationē. eſt quidem anologia ſimilis comparatio aut cōparatōnum ſimilitudo. ut duorum ad unum & mille ad quingenta eſt ſimilis cumparatio ꝓpterea ꝙ utrobi eſt dupla proportio. & hoc modo ſe uidentur bona habere. ut enī in corpore ſe habet uiſus: in anima mens ſe uidetur habere. quēadmodū enī in corpore nihil eſt uiſu excellentius. ſic etiam in anima nihil mente eminentius reperitur. eodēq; modo aliud bonum ſe habebit in alio. intelligenda ſunt hic tria. primo ꝙ uoces de rebus dicuntur trifariā. uno modo ſic ꝙ uox & ratio ſit una. & hec ē uniuocatio que ſm̄ phm ſeptimo phicorū in ſola ſpecie athoma proprie reperitur. alio modo dicūtur uoces de rebus ſic ꝙ uox ſit una rationes uero ſint diuerſe nec res ad unum referantur nec ad diuerſa ſecundū eandem relationē. talia ſunt equiuoca fortuitu. que licet in cunctis orationis partibus reperiantur: frequentius tamē occurrunt in nominibus propriis locorum animaliū & hominū. euenit enī frequentius ut eadem uox ſit fortuitu impoſita diuerſis locis aut animalibus uel hominibus. & hac de cauſa fortuito equiuoca sūt dicta. eſt enī forte fortuna ut uox eadem apud diuerſos pro rebus diuerſis accipiatur. tertio modo dicuntur uoces de rebus ſic ꝙ res iſe ad unū referantur ſiue illud unum ſit principiū ſiue finis ſiue aliud quicq̄ nō differt. uel per hoc ꝙ ad diuerſa referūtur ſecundū eandem relationē. itaq; modus iſte duos includit modos. in primo attenditur unitas termini in ſecundo unitas relationis. primo modo arma uehiculū & alia quā plura dicuntur militaria per hoc ꝙ referuntur ad unum ſcilicet militem. res etiā innumere ſana dicuntur per hoc ꝙ in ſanitatem referuntur. bona quoq; poſſent hoc modo dici per hoc ſcilicet ꝙ in principium unum a quo oriuntur uel in finem unum in quem tendunt referuntur. ariſtoteli tamen uidetur magis placere ꝙ dicantur modo ſecundo ſcilicet per hoc ꝙ in diuerſa ſecundum eandem relationem referantur. nomen itaq; boni de cunctis bonis dicitur non ſecundum unitatem rationis nec termini ſed relationis. hoc modo ariſtoteles in duodecimo methaphiſice eadē dicit eē principia in cunctis generibus. sūt eī in quolibet genere tria principia. & quēadmodum ī genere uno ſe hn̄t tria: ſic ut inqt alia tria ſe hn̄t in genere ſuo. & itē alia tria in alio. ſecundo notandum ꝙ hoc nomen anologia bifariam ſumitur. uno modo eſt nomē cōmune ad omnia dicta per relationem ad unum uel ad diuerſa ſecundum relationē eā

dem.hoc modo sumitur a philosopho anologia quando dicit sana & entia per anologiam dici.alio modo dicitur anologia proprie quando aliqua referũtur in diuersa secundum relationem unam hoc est similem.& hoc modo sumitur hic a philosopho cũ dicat bona potius per anologiam dici.itaq anologia potest esse & nomẽ generis & nomen speciei.quando est nomen generis analoga dicuntur que ad unum uel ad diuersa secundum eandem relationem referuntur.quando uero est nomẽ speciei:ea solum modo dicuntur anologa que ad diuersa secundũ eandẽ relationem referuntur.tertio est hic notandum ꝙ aliqui de nostris etiam contra philosophũ asserunt ens unum &

Sed hec fortasse nunc relinquẽda sunt.Nã ea trite discutere alterius esset philosophie magis:similiter autem & de ydea. Si enim unum quiddam est quod cõmuniter de omnibus dicatur bonum aut separabile aliquid per se clarum est id nõ esse tale quod ab homine agi uel possideri queat.Nunc autem tale aliquid queritur. At forte uideri potest alicui melius esse id ipsum cognoscere gratia illorum bonorum que agi possideriq possunt.Nam si hoc tanquam exemplar habuerimus magis intelligemus que nobis sunt bona intelligẽtes uero adipiscemur. Hec uerba suasionẽ cõtinẽt q̃n

bonum predicari de rebus uniuoce.que autem sint & quãtum ualeant horum rationes pertractare nos simul cum aristotele in locum alium scilicet methaphisicam differimus.uolo tamen te scire ꝙ illum dictum aristotelicum bona dicuntur per anologiam hoc est per eandem relationem ad diuersa licet facile sit dictu difficile tamẽ intellectu.nemo quidem de nostris fuit qui illud ad uniuersa bona applicuerit:ego quoq id tibi intelligẽdum relinquo. Sed hec fortasse nunc relinquenda sunt. hec est quinta ac ultima pars principalis huius capituli in qua ostẽdit ꝙ etiam si esset idea:nõ pertineret ad propositum: ut scilicet secundũ eam esset querenda felicitas.& diuiditur hec pars trifariam.primo ostendit propositum.secundo ponit responsionẽ quam aliquis posset dare. tertio ipsam excludit.secunda ibi At forte uideri potest.tertia ibi Hec uerba.dicit ergo primo sed fortasse nunc relinquenda sunt hec scilicet qualiter uoces de rebus ac bona dicantur.nã ea trite hoc ẽ perfecte discutere esset magis philosophie alterius scilicet methaphisice similiter autem de idea boni consideratio nõ est propria huic intentioni. & huius rationem assignat.si idest q̃muis enim unum quoddã bonũ est idest sit quod de omibus bonis cõmuniter dicatur aut sit aliquid per se existens separabile hoc est ab aliis bonis separatum: clarum est id nõ esse tale quod ab homine agi uel possideri queat.nũc autem aliquid tale queritur.scilicet quod ab homine agi uel possideri queat. intelligenda sunt hic duo primo ex his esse plus q̃m manifestum nisi quis ineptire uelit ꝙ aristoteles in principio libri quando proposuit omnis ars omnisq doctrina & etiã cũ addidit quapropter bene ostenderunt sũmum bonum quod omnia appetũt:nõ loquebatur de bono uniuersi separato a sensibilibus.at per hoc ab homine.loquebatur igitur de sũmo bono humano quod ab homine agi uel possideri queat secundo notandũ ꝙ hec ratio ab aristotele hic addita ẽ propter cauillatores qui forte sicut de facto sũt uellent substinere bonorum esse unam ideam.aduersus quos hic phs dicit ꝙ etiam si esset talis idea:nõ esset id bonum quod hic querimus.bonum eĩm quod hic queritur esse debet tale quod ab homine agi uel possideri queat.illa uero coniunctio uel nõ disiunctiue sed copulatiue tenetur.etiam illud aduerbium nunc pro hic teneri uidetur.sm ei priscianũ aduerbia tẽporalia pro localibus ponũtur & nõ ecõtra. Ac forte.In q̃ ponit aliquorũ ad hãc rõnem cauillationẽ.& dicit at forte uideri potest alicui.s.cauillatori melius ẽe cognoscere id ipm.s.sepatũ bonũ gr̃a illorũ bonorũ q̃ agi possiderique possũt.nã diceret ille cauillator si hoc bonũ sepatũ habuerimus tanq̃ exẽplar:magis intelligemus que nobis sunt bona.intelligentes autem adipiscemur. stat itaq cauillatorum ratio in hoc ꝙ illam ideam boni cognoscere semper est utile ut per eam tã q̃m p bonorũ imagine bona cognoscamus.& cognita pseqũmur. Hec uerba suasionẽ in qua bifariã excludit cauillationẽ prefactã.secũda ibi Nec uero.dicit ergo primo hec

uerba suasionē continēt quādam.sed uidētur dissonare.i.nō cōuenire scientiis opati uis.nam oms ille quidē scientie opatiue bonū quoddā affectantes.i.bonū quoddā in-tendētes & qd' deest homini perquirētes:pretermittūt cognitionē huius boni separa ti.atqui idest certe tantū ac tale auxiliū a cunctis artificibus ignorari nec perquiri ab surdū esset.itaq; si illius boni separati cognitio ad operationem cōferret:nō fuisset pre termissa a cūctis artificibus. Nec uero apparet.in qua secūdo oñdit illā cauillatio-nem stare nō posse.hec ratio uidetur differre a prima per hoc ꝙ prima sumitur ab eo quod in artibus cūctis fieri uidemus hec uero est rei natura sumit.dicit ergo nec ue-ro apparet qd cōferat textori aut fabro ad artē suā.i. ad opationē sue artis. si sciuitit quid sit bonū ipm.s.separatum aut quid.i.cur medicus uel dux exercitus fuerit.i.erit peritior: si ideā ipam contemplatus sit.qd' sic probat nec ei medicus uidet considerare sanitatē modo isto scilicet separatā & uniuersalem sed hoīs sanitatē.imo forte hu-ius hoc est hoīs indiuidui.nam singulis.i. singularibus medet uel dic singulis.i.omibus diui-sim ac discrete medetur.stat ita ꝙ ratio in hoc opationes sūt cir ca sēsibilia particularia id autē bonū est separatū & uniuersale nihil igitur eius cognitio con-feret ad operandum. sequi autē uidetur per hoc ꝙ exemplar de bet esse ꝓportionatū rei fien de atq; de his quidem satis.

Vrsus uero ad id quod q̄-rimus.postq̄ philosophus determinauit quid esset felici-tas secundum aliorum opinio-nes: hic incipit determinare qd sit felicitas secūdum ueritatem hoc uero capitulum quartum ē de conditionibus felicitatisque quasi omnibus sunt manifeste. & diuiditur trifariam.primo po-nit ultimum finem esse sūmum bonum. secundo ibi Sed conan dum est. ponit conditiones feli citatis. tertio ibi Perfectū ergo cōcludit felicitatis generalē diffinitionē.i prima parte tāgit quattuor.primo cōtinu at dicta dicēdis inquies.rursus uero redeamus ad id bonum quod querimus.i.de quo querere intendimus quid tandē sit.& dixit tandē ut ostenderet hanc quam inferet eē ultimā sententiā de felicitate hoc est de quidditate seu diffinitione felicitatis. Vi-detur enim.ponit & ostendit in artibus diuersis esse diuersa bona & inquid uidetur enim aliud bonum existere in alia mensa atq; arte.i.pro quia aliud quidē est bonū in medecina aliud in re militari aliud item in aliis artibus.& illa cōiunctio eni nō cau-saliter sed pro certe aut cōplectiue hic ponitur.itē illud in alia mensa dictū esse uide tur per merhaphorā.ut artes mēsas dixerit.i qbus sicut in diuersis mensis bona diuer sa proponuntur. Quid ergo in singulis.ostedit quid in omni arte sit bonum.& pro cedit interrogando dicens quid ergo in singulis artibus erit bonum? ad hanc questio nem respondens ait nonne idest certe id cuius gratia cetera fiunt. intellige est bo-num in singulis artibus. uel potest illud nonne esse due dictiones. & tunc

dam sed scientiis dissonare uidentur.Nam il-le quidem omnes bonum affectantes.& quod deest perquirentes cognitionem huius preter-mittunt atqui tantum ac tale auxilium a cun-ctis artificibus ignorari neq; perquiri absur-dum esset. Neq; uero apparet quid confe-rat textori aut fabro ad artem suam si sciuerit quid ipsum sit bonum aut quid medicus aut dux peritior fuerit.si ydeam ipsam contempla tus sit.Neq; enim isto modo sanitatem consi-derare uidetur medicus sed hominis sanitatē ymo forte huius nam singulis medetur ac de his quidem satis.

Vrsus uero ad id quod querimus bo-num quid tandem sit redeamus. Vi-detur enim aliud in alia mensa atq; arte existe-re.si quidem aliud in medicina aliud in re mi litari aliud item in aliis. Quid ergo in sin-gulis erit bonum nōne id cuius gratia fiūt ce tera.est autem hoc in medicina sanitas:i re mi litari uictoria:in architectura edificium item in alio aliud in omni deniq; actu: & instituto id quod finis est nam huius gratia cetera fiūt.

sic legitur[ne.i. nūquid nō erit id gr̄a cuius cetera fiūt? q̄si dicat nō est dubiū quim id
fit.est autem,hoc idest tale bonum in medecina sanitas. in re militari uictoria.i archi
tectura edefitiū.item in alio.s.genere artis aliud erit bonū. & in omni deniq̧ actu &
instituto.i.proposito id quod est finis.intellige est eorū bonū.quod sic probat nā cete
ra fiūt gratia huius.s.finis.id uero gratia cuius cetera fiūt bonū esse dicebamus.ibi.
Quare si unus.ex his infert ultimū finē esse sūmū bonū qd' est feliciras.& inqt q̄re
si unus aliqs finis est oīm agibiliū hoc est rerū hūanarū:i agēdo.i.i opando:id esset sū
mū bonū.s.nobis id bonū agentibus.uel dic id.i.ille cette finis esset sūmū bonū i a-
gēdo.i.in agibilibus hoc est iter agibilia.itelligendo p agibilia res hūanas q̄ ab hoīe
fiūt[siue illa sint actus[siue habitus.& inqt sin aūt plures sint fines agibiliū:plura eēt
sūma bona.certe sermo trāscendens.i.unū eorū pteriens:reeidit i idē hoc est i unū.si
cut eīm i medecina ceterisq̧ rebus unicus ē finis:sic etiā erit i hoīe qui ppter nature
unitatē unicū finem hr̄e debet.ex his duo notātur.prīo q̧ finis ultimus[siue sūmū bo
nū bifariā sumit.prīo in genere aliquo urpote i medicina[alio modo absolute i toto
genete agibiliū.prīo modo esse poterūt plures fines ulrimi[atq̧ multiplex sūmum bo
nū.ut i medecina sanitas.in re militari uictoria.in alio itē aliud.sumēdo uero finē ul

Quare si un⁹ aliqs oīm agibiliū finis ē id
certe eēt sūmum i agēdo bonū Sin aūt plures
plr̄a trāscēdēs certe in idē recidit sermo. Sed
conādū est etiā magis hoc declarat. Cū ergo
cōstet plures eē fines & quosdā exhis aliorum
gr̄a expeti ceu diuicias fistulas oīaq; instrumē
ta patet nō cūctos eē pfectos ad qd' optimū sit
perfectum esse cōstat Quare si unū aliquid &
solū perfectū est id certe esset quod queritur.
Sin plura id quod eorum perfectissimum est.
Perfectius autē dicim⁹ id quod propter se
expetibile q̄ id quod propter aliud & id quod
nunq̄ propter aliud q̄ ea que ppter se & ppter

timū absolute i toro genere agi
biliū nō est nisi unicus finis ul-
timus.qui bonū sūmū[ac felici-
tas hūana dicit.nō nūq̄ etiā bo-
nū humanū nūcupat.sicut finis
cuiusq̧ artis bonū artis appella
tur.secūdo notat falsā esse doc-
trinā quorūdā nō satis aristote
lem itelligentiū[q dicūt duas eē
hoīs felicitates.s.praticā & con
templatiuā. est aūt hoc expresse
cōtra id qd' a phō hic determiat
sed,de hoc libro decimo atq̧ po
lithicorū septimo apertius trac
tabitur.ubi phs determiat hoīs
finem ultimū esse sapientie opa
tionem.cetere quidem uirtutes
nō sunt felicitatis effectiue[sed
tātūmodo ad felicitatē dispositi
ue.sapiētia itaq̧ sola est boni ciuilis effectiua. Sed conādū est etiā. hec est,secūda ps
principalis huius capituli in qua duas ponir conditiones felicitatis.secunda ibi uide-
tur aūt.prima itaq̧ conditio est q̧ sit bonum perfectum.pro cuius intellectu conside-
randum est q̧ prout traditur decimo methaphisice perfectum est extra quod nihil est.
ille itaq̧ finis perfectus erit ultra quem alius finis esse non poterit:hoc hito: ueio ad
litteram in qua tria facit primo inrentum ptemittens inquit sed cognandum est eti-
am hoc scilicet q̧ dictum est de fine ultimo magis declarare:inquirendo scilicet con-
ditiones que requiruntur ad ultimum finem.ibi. Cum ergo.ostendit q̧ non omnis
finis esse poterit bonum quod hic queritur.& ait cum ergo constet plures esse fines[
& quosdam ex his aliorum gratia experi(ceu diuicias[fistulas[omniaq̧ instrumenta)
patet non cunctos fines esse perfectos.ad quod optimum sit idest esse debet cuiusmo-
di est illud quod hic querimus constat esse perfectum.quare si unum aliquid & solum
perfectum est:id cette esset bonum quod queritur.sin plura: id quod corum perfectis
simum est.quasi dicat non omnis finis erit bonum quod hic queritur[sed si inter fi-
nes est unum aliquid & solum perfectum:id certe erit bonum quod hic querimus.ad
uertendum quod licet diuicie[& fistule[& omnia organa ad aliud ordinentur: tamen
esse poterunt fines aliquorū.diuicie quidem sunt finis questuarie. fistule uero[& om
nia organa fines sunt artis factiue fistularum[aut organorum. ibi. Perfectius au-
tem.ostendit q̧ felicitas sit bonum simpliciter perfectū.& dicit pfectius autē dicimus
id qd' ppter se expetibile ē q̄m id quod ppter aliud.& id qd' nunq̄ ppter aliud quā ea

que propter se & ꝑpter alia expetūtur. simplr̄ quidē id perfectū dicimus qd̄ semꝑ ꝑp-
ter se expetendū est|nec unq̄ ꝑpter aliud. hec ē pria argumentatiōis ꝑpoio. sub q̄ aliā
subsumit dicens|felicitas aūt que. s. est bonū qd̄ hic q̄rimus uidetur esse maxime talis.
Erit igit̄ felicitas bonū simplr̄ perfectū. & hoc ē qd̄ hic pricipalr̄ intēdebat. ꝙ uero fe-
licitas sit maxīe ꝑpter se expetibilis nec unq̄ ꝑpter aliud phs sic probat|nā eā quidē sē-
per ꝑpter se ipām|nec unq̄ ꝑpter aliud expetimus. honorē uero & uolūtatē & mentē|
atq̧ oēm uirtutē tū ꝑpter se ipa expetimus|tū ꝑpt̄ felicitatē. ꝑ illa nāq̧ beatos nos fo-
re credimus. ipām uero felicitatē nec ꝑpter illā|nec oīno ꝑpter aliud quispiā expetit.
circa uim & naturā terminorū sūt duo intelligēda. prīo ꝙ bonū pfectū bifariā dicit̄.
uno modo fm̄ quid. & sic oīe bonū qd̄ ꝑpter se expetit̄ etiā si aliqn̄ ꝑpter aliud sit ex-
petibile dici poterit bonū pfectū. alio modo dr̄ pfectū bonū simplr̄. & sic id solūmodo
est bonū pfectū qd̄ semꝑ ꝑpter
se nec unq̄ ꝑpter aliud expetit̄.
secūdo notādū circa illud talis
aūt felicitas maxīe uidet̄ esse: ꝙ
illud aduerbiū maxime poterit
teneri exclusiue: & tūc erit sen-
sus ꝙ sola felicitas & nihil ali-
ud uidet̄ esse talis: uel poterit te-
neri pro manifestissime: ut sic e-
rit sensus felicitas aūt talis esse
uidetur esse maxime. i. manifes-
tissime. cuius probatio ī promp-
tu sequit̄ ibi nanq̧ eam quidem
ubi utrāq̧ partē exclusiue ꝑbat.
prīo ꝙ felicitas ꝑpter se & nūq̄
ꝑpter aliud expetetur. secundo
ostendit ꝙ nulla alia sint huius-
modi. Sequitur illa pars. Vi-
detur aūt. in qua ponit secundā
felicitatis ꝑprietatē. est itaq̧ ꝑ-
prietas ista ꝙ felicitas eē debet
bonū per se sufficiēs. & diuidit̄
trifariā. primo exponit quid ꝑ-
tinet ad sufficiētiā. secundo ibi
Sufficiēs aūt per se: exponit qd
sit bonū ꝑ se sufficiēs. tertio ibi
Insuper oīm: manifestat rationē per se sufficiētie quātū ad hoc qd̄ dr̄ per se. ī pria pte
tria uidet̄ tāgere. & dicit prīo|uidet̄ aūt ex sufficientia probari idē. s. ꝙ nō oīs finis sit
bonū qd̄ hic querimus. perfectū eī bonū per se sufficiēs uidet̄ esse. bonū quidē pfectū
& per se sufficiēs differūt solū fm̄ rationē. perfectū eī dr̄ in quātum ꝑpter se nec unq̄
ꝑpter aliud expetit̄. per se uero sufficiēs dr̄ in quātū uitā facit per se optabilē|ac nul-
lius indignā. ibi. Sufficiēs aūt dicimus. exponit quid ad sufficientiā pertineat. & in-
quit sufficiēs aūt dicimus|nō sibi soli uitā solitariā uiuēti: sed parentibus & gnatis &
uxori & amicis|& etiā ciuibus. huius ultimi rōnē assignat dicēs|quādo. i. quia homo
natura est ciuilis. hoc ē aptus ex natura ut ī societate ciuili uiuat. erit itaq̧ bonū suffi-
ciēs illud qd̄ sufficiētiā prestat illi cui inest|& parētibus & filiis & amicis| ac etiā ciui-
bus. sic ut pro loco & tēpore auxilia|& cōsilia prebere his ualeat. ibi. Sumēdus est.
respōdet tacite questioni q̄ ex his dictis orit̄. posset eī aliqs querere an illa sufficiētia
se extēdat ad filios filiorū|& amicos amicorū. ad hoc respōdet phs dicēs & in his aūt
. s. parētibus|filiis & amicis sumēdus est quidā terminus. cuius causā assignat|ne si ad
natos natorū & amicos amicorū extēdat̄: ī īfinitū fiat ꝑcessus. īfinitis uero nemo pot̄
sed sufficere. & sic nemo eēt felix. sed de hoc cōsiderādū erit alias. i. ī alio loco. s. ut ali-
qui ītelligūt ī economica ul' ī polithica. mihi qdē uidet̄ ꝙ hoc faciat ī octauo & nono
ethicorū ubi de multitudīe amicorū determīat. Sequit̄ illa ps. Sufficiēs aūt. in q̄ ex-
ponit qd sit bonū per se sufficiēs. dicit quoq̧ tale bonū esse felicitatē|qd̄ hic pricipalr̄

alia expetūtur Et simplr̄ quidē id perfectū qd̄
semꝑ per se expetendū est nec unq̄ ꝑpter aliud
talis aūt felicitas maxime uidetur eē Nam eā
quidē semꝑ ꝑpter seipām nec unq̄ ꝑpter ali-
ud expetim⁹ Honorē uero & uolūtatē & men-
tē atq̧ oēm uirtutē tū ꝑpter se ipā expetimus
tū ꝑpter felicitatē ꝑ illa nā ꝑ beatos fore nos
credimus Ipām uero felicitatē neq̧ ꝑpter illā
neq̧ oīno ꝑpter aliud quisq̄ expetit. Videt̄
aūt & ex sufficiētia idē probari Perfectū eīm
bonū per se sufficiēs uidetur esse. Sufficiēs
aūt dicimus nō sibi soli uitā solitariā uiuenti
sed parētibus & gnatis & uxori & amicis & ci-
uibus etiā qm̄ natura homo ciuilis est. Su-
mēdus est tamē in his quidē terminus ne si ad
gnatos gnatorū & amicos amicorū extēdat̄ in
infinitū fiat progressus Sed de hoc alias consi-
derandū erit. Sufficiēs aūt ꝑ se ponim⁹ qd̄

intēdebat. dicit ergo nos aūt ponimus bonū per se sufficiens quod uel idest etiam aut uel idest q̄muis solum idest solitariū sit: prestat uitā sufficientē & optabilē ac nullius rei indignam: huiusmodi hoc est talem putamus esse felicitatē. hoc enim uniuersi fere homines de felicitate putant. quod uero uniuersi homines putāt: falsum esse neqt cum id nō a se sed nature ductu putauerint. erit igitur felicitas bonū per se sufficiēs quod hic intēdebamus. Insuper omniū. in qua exponit rationē per se sufficiētie q̄n tum ad hoc ꝙ dicitur per se. pro cuius intellectu considerandū ꝙ per se sufficiens bonum bifariā dicitur. uno modo sic ꝙ nō possit recipere bonitas augmentū. & hoc modo humana felicitas nō est bonū per se sufficiēs. nam sic unus homo nō esset alio felicior. itaqȝ nomē felix cōparationē nō reciperet. quod falsū est. sicut enim uirtus aliaqȝ bona augeri possūt: sic etiā huius uite felicitas. alio modo dicitur bonum per se sufficiēs non sic ꝙ augmentū bonitatis nō recipiat: sed quia per se solitarie sumtū uitā humanā prestat nullius indiguā. & hoc ē quod plis dicit insuper autē subaudi nos putamus felicitatē nō cōnumeratam idest nō coniunctā alicui alteri bonorū esse maxime oīm bonorū expetibilē. nam si cōnumeretur idest coniungat̄ alicui alteri bonorū: clarū est eum minimo bonorū. s. coniunctā: magis esse expetendā: cum sit accumulatio idest cōgregatio bonorum: quidqd adiungit̄: idest q̄nticunqȝ sit id bonum quod felicitati adiungitur. in bonis autem idest inter bona semper maius sit expetendum. erit itaqȝ illud aggregatū maius bonū at per hoc expetibilius. patet igitur qualiter a philosopho intelligitur illud per se: quando dicitur felicitas est bonum per se sufficiens. & loquitur semper de felicitate huius uite. nō autem alterius de qua nihil aut ꝑparū cognoscere potuit. Perfectum ergo. hec est ultima pars istius capituli in qua ex prefactis concludit felicitatis quādam cōmunem diffinitionem. sunt enim tria de felicitate hic determinata. primo dictum est ꝙ sit agibilium ultimus finis. secūdo ꝙ sit bonum perfectum. tertio ꝙ sit per se sufficiens. ex his itaqȝ tribus colligitur cōmunis ac prima felicitatis diffinitio. dicit ergo perfectum ergo quidā idest quoddā & sufficiēs per se uidetur esse felicitas agibilium finis existens. & per agibilia ut iam dixeram intelligere uidetur res humanas in finem ordinatas quecunqȝ ille sint.

solum uitā sufficientē & optabilē & nulliꝰ indiguā prestat Huiusmodi aūt putamus esse felicitatē. Insuper oīum maxime expetibilē nō cōnumeratā Nam si cōnumeretur clarū est cum minimo bonorū magis esse expetendā cū bonorū accumulatio sit quicqd adiūgitur In bonis autē semp maius sit expetendū. Perfectū ergo quidē & sufficiēs per se uidetur eē felicitas agibilium finis existens.

Nim uero felicitatē esse sūmum bonū manifestū ē Sed qd ipa felicitas sit planius delucidari queritur. Forsā uero id fiet

Nimuero felicitatem esse sūmum. hoc est capitulū quintū quod bifariam diuiditur. prima pars est de speciali felicitatis diffinitione. secunda pars ostendit qd & qualitet post hac sit considerandū. secunda ibi Et sūmum quidē bonum. prima ps duas continet partes. primo inquirit genus felicitatis. secundo differentias. secunda ibi quod si opus. in prima parte facit quattuor. primo intentum premittit. secūdo ibi forsitam. ostendit ꝙ hominis operatio sit felicitas. tertio ibi utrum igitur. ostendit ꝙ hominis sit aliqua propria operatio. quarto ibi quid igitur hoc. ostēdit que sit hominis operatio. dicit ergo primo enimuero idest certe felicitatem esse sūmum bonū: manifestum est scilicet ex dictis in capitulo precedenti. uel dic manifestum est scilicet ꝑ seipm. itaqȝ de hoc nemo fere ambigit. sed quid ipa felicitas sit: planius dilucidari q̄ritur. i. queri debet: uel dic querit̄. i. desideratur dilucidari planius quid ipa felicitas sit. primus tamē intellectus uidet̄ uerior. hoc itaqȝ est aristotelis institutū ōndere plane qd ipa felicitas sit. Forsitā uero. ōndit ꝙ opatio hoīs sit eius felicitas & dicit forsitā uero si opus. i. opatio hoīs deprehēdat̄: id fiet: hoc ē dilucidabit̄ qd felicitas sit. illud aduerbiū forsā nihil hic opatur preter hoc ꝙ ē locutioīs tēperamentū. est itaqȝ in hac parte aristotelis conclusio ꝙ hoīs opatio sit eius sūma perfectio ac felicitas. quod

ſi opus hominis deprehēdatur. Vt eī tibicino & ſtatuario cunctiſq; artificib9 ac omnino oībus his quorū eſt aliquod opus atq; actio in opere ipſo bonū & bene uidetur eſſe *Sic etiā* homini ſiquidē eius aliquod opus eſt. Vtrum igitur fabri & ſutoris aliqua opa ſunt & actus hominis uero nullū eſt opus ſed ad nihil agēdum narus eſt.. An quēadmodū & oculi & manus & pedis ac ſingulorū mēbrorū aliqđ eſt opus ſic & hominis preter hec omnia aliquod opus poni debet. Quid igitur hoc tādem erit Nam uiuere quidem cōmune uideť

ſic probat. ut eīm tibicini & ſtatuario cunctiſq; artificibus ac oīno omnibus his quorum eſt aliquod opus atq; actio bonū & bene uidetur eſſe ideſt conſiſtere in opere ipſo ſic etiam & homini: intellige bonū & bene hominis uidetur eſſe ideſt conſiſtere ī eius opere. ſi quidē eius aliquod eſt opus: hoc ē dum tamē hominis ſit aliqua operatio. hec eſt itaq; ariſtotelis ratio cuius aſſūptum tanq̄ per ſe notū ſupponit. eſt enim per ſe notum oīum rerū quarū eſt opus: aliquod earū ſūmum bonum eſſe in opere: hoc eſt eſſe illudmet opus. actio uero & opus hic pro eodē ſumuntur. eodēq; modo bonū & bene idem dicūt. intelligenda ſunt hic duo. unū ſit ꝙ ſicut ariſtoteles in opere cuiuſq; eius ſūmum bonū conſiſtere dixit: ſic & cicero in officio proprio ſūmam rerū perfectionē conſtituit. differūt itaq; nō in re ſed in noīe. ut quod ariſtoteles opus propriū dixerit ciceroī offitiū appellare magis placuit. hoc enī apud latinos facilius intelligitur: ſicut forte illud apud grecos. ſecūdo notādū ꝙ de opere aut officio cuiuſq; pſone ſcientia moralis cōſiderat ſolū in genere: legalis uero in ſpecie determinat que & qualia officio cuiuſq; perſone cōueniant: ut exempli gratia dicamus de officio regis militis epiſcopi aut archiepiſcopi que ad horū officia in ſpecie pertineāt: non motalis ſed legalis conſiderat. de officiis uero rerū naturaliū nō pratice ſed ſpeculatiue ſunt diſcipline. Vtrū igitur. ī qua bifatiā oſtēdit ꝙ hoīs ſit aliqua operatio propria. ſecūda ibi An quēadmodū. dicit ergo primo interrogādo utrū igitur fabri & ſutoris opera aliq̄ ſūt & actus: hominis uero nullū opus eſt ſed ad nihil agendū uatus eſt: quaſi dicat manifeſtum eſt ꝙ ſicut illorū ſūt opera ꝓpria: ſic & hoīs. & quēadmodū illa ad aliquid agēdum ſunt nata: ſic etiam & homo ad aliquid agendū natus ē: alioquim daremus ꝙ artis entia maioris eſſent dignitatis ac perfectionis: q̄m nature entia. & cum entia nature ſint ex arte diuina: melius res ex humana q̄m ex diuina arte eſſent ordinate. ſeq̄retur itē ꝙ ea que homini accidūt eſſent magis perfecta q̄m homo ipſe. ne igitur hec & huiuſmodi cōcedamus: fatendū eſt hoīs eſſe aliquā operationē. cauſa uero propter quā cuiuſq; rei ſit operatio ꝓpria eſt quia unūquodq; ſiue naturale ſiue artificiale eſt per aliquā formā que ē principiū alicuius operationis. unde fit ut ſicut unaqueq; res habet propriū eſſe per ſuam formā: ita etiā propriā operationē. An quēadmodum. ponit ſecundā rationē. & procedit etiā interrogādo. dicit igitur an quēadmodū & oculi & manus & pedis ac ſingulorū mēbrorum aliquod eſt opus ideſt operatio: ſic etiam & hominis preter hec omnia ideſt preter opera horū oīum aliquod opus poni debet: quaſi dicat manifeſtū eſt quod ſicut ſingulorū mēbrorū eſt aliquod opus ꝓprium ſic & hominis erit aliquod opus propriū. alias ſequeretur ꝙ partes eēnt perfectiores q̄m totum. fatendū eſt igitur ut prios: ꝙ hominis ſit aliquod opus propriū: quod iuxta ciceronē hominis officiū appellatur. demonſtrata eſt itaq; concluſio ex his que homini accidunt atq; ex mēbris ipſius. Quid igitur. in qua inquirit que ſit hominis ꝓpria operatio. dictū eſt aūt ꝙ rei cuiuſq; propria operatio eſt que ei cōpetit ſecūdum ſuā formā. forma uero hominis eſt aīa cuius actus eſt uiuere. nō quidē ſecundū ꝙ uiuere eſt eē uiuētis ut in ſecūdo de anima ſed ſecūdū ꝙ uiuere dicitur aliquod opus uiuentis: puta ſentire intelligere & ſimilia. manifeſtum eſt itaq; ꝙ in aliquo opere uite cōſiſtit feliciras ſed quia opera uite multifariā dicūtur: inquirit phs in quo ipſorū cōſiſtat. & primo queſtionem proponit dicens hoc. ſ. opus hoīs propriū quid tandē erit? quaſi dicat nō ſatis eſt manifeſtū quid ſit illud hominis opus. quod patet nam uiuere quidē cōmune uidetur etiam plantis. at nos quetimus opus hominis ꝓptium. igitur

lescentia cõuenit hoĩes esse institutos.i.instructos: ut pro quibus oportet gaudeamus ac doleamus. hec eĩm est recta iuuenũ disciplina.s.ꝙ taliter instituãtur ut pro quibus oportet gaudere gaudeãt: & pro quibus dolere opportet doleãt. & poterit quidẽ illa ꝑpositio pro teneri pro in. uel melius sic ut iacet pro causa.ibi. Preterea si uirtutes. ponit secundã rõnem: dicẽs preterea quia uirtutes sũt circa actus.s.exteriores & affectus quidẽ interiores: oẽm uero actũ & affectũ intellige plurimũ sequitur uoluptas aut dolor: quia inq̃m ita est: circa uoluptates & dolores erit uirtus. intelligẽda sũt hic duo primũ ꝙ sicut supra dicebamus oĩs uirtus simul est circa affectus & actus exteriores. primo tamẽ & principal'r circa affectus secundario uero circa actus exteriores. secũdo notandũ ꝙ oẽm actũ & affectũ sequitur uoluptas aut dolor. intellige hoc ꝑ maiori parte. poterit quidẽ esse actus ul' affectus ĩ quo nec sit gaudiũ nec molestia. hoc tamẽ raro cõtingit. Deinde cũ dicit. Ostendũt hoc. ponit tertiã rationẽ dicẽs pene.i.pugnitiones.s. ciuiles q̃ infligũtur ꝓpterea hoc est ꝓpter uirtutes restituendas: uel dic ꝓpterea.i.ꝓpter uoluptates & dolores.s. inordinatas: ostendũt hoc.s. ꝙ uirtutes sint circa uoluptates & dolores. cuius ratio est qa pene ciuiles sũt medecine quedã.s.curãtes animi, uicia q̃ sũt eius morbi. medecinarũ aũt est ea natura: ut per cõtraria fiãt. ut replectio: euacuatione & calida: frigidis curanẽ pene igitur q̃ propter uicia infligũtur erũt uirtuose. unde patet ꝙ uirtus sit circa dolores cũ uirtus similia faciat his ex quibus generatur. & si quidẽ ẽ circa dolores ut hic a pħo probatẽ: erit etiã cerca uoluptates. cum idẽ habitus circa cõtraria uersetur. Deide cũ dicit. Preterea ut. ponit quartã rationẽ. & primo facit hoc. secũdo infert ex predictis causã opinioĩs stoicorũ. ibi quapꝓter. & dicit preterea ut supra diximus oĩs habitus habet naturã q̃ s. uersetur ad illa & circa illa q̃ talia sũt ut illũ efficiãt meliorẽ aut deteriorẽ. i. bonu aut malũ. sed hoĩes fiũt praui per uoluptates & dolores. s. sequẽdo & fugiẽdo uoluptates uel quas nõ oportet: uel quãdo nõ oportet: uel quotiẽs talia a ratione perscribãtur. i. determinẽtur aliter intellige q̃m hoĩes perseq̃ntur aut fugiãt. si itaq; ex uoluptatibus ac doloribus fiũt habitus: circa uoluptates ac dolores erũt habitus. Deinde. cũ dicit. Quapptet. infer ex predictis causã opionis stoicorũ. & primo facit hoc. secundo hanc stoicorũ opionem improbat. ibi. nõ tamẽ. tertio cõcludit principale intẽtum ibi. subest igitur. dicit primo quapꝓter. s. quia ꝓpter uoluptates & dolores hoĩes fiũt praui: uirtutes diffiniũt. s. stoici trãquillitates quasdã & quietes. hoc aũt dicũt credentes ꝙ uirtutes oĩno expelletẽt ac penitus euellerẽt animi cõmotiones quas dicũt proprio noĩe animi perturbatioẽs esse dicẽdas. ibi. Nõ tamẽ. reprobat pħs istorũ sententiã dicẽs nõ tamẽ bene diffiniũt uirtutes trãquillitares & quietes. error quidẽ eorũ ẽ quia uirtutes dicũt quiescere simpl'r. i: total'r uel dic simpl't. i. absolute: & non dicunt eas quiescere ut opportet & quãdo & alia quodcũq;. i. quecũq; alie circũstantie adiungũtur. i. adiungi debẽt. uirtus itaq; dicit appetitus uel animi quietẽ nõ absolute sed quãdo opportet & ubi & cetara. intelligẽda sũt hic duo. primo ꝙ stoici quorũ principes fuere zeno & crisipus duas sicut & peripatetici ponũt animi partes. i. rõnis parti

Itaq; ab ipsa adolescẽtia institutos esse cõuenit ut Plato inquit ut pro quibus oportet gaudeamus & doleamus hec eĩm recta est disciplina.

Preterea si uirtutes sũt circa actus & affectus Oẽm uero actũ & affectũ sequitur uoluptas aut dolor uirtus circa uoluptates & dolores erit. Ostendũt hoc pene que ꝓpterea infligũtur. Sũt eĩm medicine quedã. Medicinariũ aũt ea natura ẽ ut per cõtraria fiãt. Preterea ut supra diximus oĩs habitus animi ad illa & circa illa naturã habet que talia sũt ut illũ meliorẽ aut deteriorẽ efficiãt. Sed per uoluptates & dolores praui fiũt sequẽdo & fugiendo uel quas nõ oportet uel, q̃ndo nõ oportet uel quotiens aliter a ratione talia ꝑscribãtur.

Quapter uirtutes diffiniũt trãq̃llitates q̃sdã & quietes. Nõ tñ bene ꝙ simpl'r dicunt sed nõut oportet & q̃n & quocũq; alia adiũgãt

cipẽ[& alterã rõnis expertẽ.s.appetitũ.in hac quidẽ animi parte rõnis experte dicunt esse quattuor animi ꝑturbatiões:duas quidem respectu boni[alias uero duas respectu mali.futuri quidẽ boni est libido[presentis uero est letitia gestiẽs.respectu uero mali futuri ut dicũt est metus:presẽtis aũt est egritudo uel dolor.in ea uero animi parte q̃ est rationis particeps dicũt esse tres cõstantias quas trãquillitates et quietes animi dicũt.prima est uolũtas q̃ est respectu boni futuri.secũda respectu boni presẽtis ẽ gaudiũ.tertia est cautio q̃ est respectu mali futuri.presẽtis uero mali nullã dicũt esse constantiã q̃ dolori opponat.eoꝙ in sapiẽte nihil potest cadere de quo doleat.has uero cõstantias & illas animi ꝑturbatiões partiũtur in alias plures.oẽs tamẽ sub his cõtineri dicũt.secũdo notandũ ꝙ stoici & peripatetici quorũ aristoteles princeps dicit:quã-

tesSubest igitur uirtutem esse circa uolupta & dolores optimorũ operatricẽ uiciũ aũt cõtra. Probat etiã illud qd' cũ tria ad capiẽdũ repudiandũq; cõsiliũ pertineãt honestũ utile uoluptariũ.Et tria his cõtraria turpe inutile molestũ.Bonus quidem hec omnia recte cõsequitur malus uero aberrat.Sed precipue circa uoluptatem Hec enim cõmunis est animantibus & cuncta que in electione cadũt subsequntur.Nam & honestum & utile iocundũ uidetur

tũ attinet ad ꝓpositũ bifariam differũt.primo quia ut patet ex libro primo ꝑipatetici uirtutes morales ac uicia esse dicũt in ea animi parte q̃ est rõnis exps.s.in appetitu:stoici uero uirtutes ponũt in ea animi parte q̃ est rationis particeps.s.in intellectu uicia quidẽ esse putãt in appetitu.secũdo differũt qa stoici putãt oẽs motus appetitus eẽ ꝓm se malos ac prauos.& hac de causa putãt hoĩem nõ esse uirtuosũ quousq; tales motus sint penitus erradicati ac euulsi.ꝑipatetici uero huiusmodi motus appetitus nec malos nec bonos esse absolute dicunt.itaq; sicut comedere de se nec honestũ nec inhonestũ dicitur:sed si quidẽ fiat ꝓm rectã rõnem erit honestũ ac bonũ.si aũt preter rõnem fiat:inhonestũ ac malũ erit.sic igitur ꝑipatetici de motibus appetitus esse dicũt.itaq; audere[timere[cupere[& huiusmodi absolute nec bona nec mala sũt:sed indifferẽtia ad utrũq;.ꝓm rõnem quidẽ facta bona sũt:preter rõnem uero mala erũt.in hac quidẽ cõtrouersia mihi quidẽ uidetur ꝙ stoici ĩ hoc ꝙ uirtutes & uicia ponũt in diuersis animi partibus satis aperte errauere.in hoc uero ꝙ dicebãt motus ipsius appetitus esse malos:nõ est facile eos impugnare.si eĩm alique animi perturbatioẽs sũt de se male:est uerisimile ꝙ cetere sint huiusmodi.sũt aũt alique tales.ut maliuolẽtia inuidia & huiusmodi.sed de his hactenus. Subest igitur.concludit intentũ principale dicẽs igitur subest.i.sequitur.s.ex prefatis quattuor rõnibus uirtutẽ esse circa uoluptates & dolores[opatricẽ optimorũ.uiciũ aũt cõtra.i.per cõtrariũ.s.operatricẽ pessimorũ circa uoluptates & dolores.cõfirmata est itaq; argumẽtatiõis ratio q̃tuor rõnibus sũptis ex his q̃ ad uirtutẽ pertinẽt.& est aduertendũ ꝙ ibi cũ dicit optimorũ operatricẽ utitur phs yperbole.nõ eĩm quelibet uirtus opatur absolute optima tamẽ opatur talia q̃ sũt ualde bona. Probat etiã illud.inducit ad ꝓpositũ alias q̃ttuor rõnes sumptas ex parte hoĩs cui uirtus ac uoluptas inest.secũda ponitur.ibi.cunctis etiã.tertia ibi.regimus aũt.quarta ibi.insuper difficilius.& posset tota hec pars dici argumẽtationis exornatio.argumẽtatione nãq; per rõnes prefatas satis cõfirmata:superadditur hec pars honestãde[ac locuplectãde causa.dicit ergo primo[etiã illud.s.ꝙ uirtus sit circa uoluptates & dolores probat:subaudi hoc sequẽs[quia cũ tria pertineãt ad capiendũ consiliũ[& tria ad repudiandũ:hoc est tria cõsilio capiũtur[tria uero cõsilio repudiãtur:capiũtur quidẽ cõsilio:honestũ[utile[& uoluptariũ:& tria uero his cõtraria cõsilio repudiãtur.i.turpe[inutile & molestũ:homo quidẽ[bonus omnia hec recte cõsequitur.i.recte cõsiderat[eligit ac repudiat:malus uero circa oĩa prefacta aberrat:sed precipue circa uoluptatẽ aberrat.quia igit̃ ita est : erit uirtus precipue circa uoluptatẽ.cũ uirtus circa ea precipue sit in quibus frequẽtius contingit errare.circa uoluptatẽ aũt cõtingit errare frequẽtius ꝓpter eius cõmunitatẽ.est ei cõmunis cũctis animãtibus.itẽ cũcta q̃ in electionẽ cadũt subsequitur. nã & honestũ & etiam utile iocundũ uidetur.intelligẽda sũt hic duo.primo ꝙ ea cõmunitas uoluptatis qua

est cōmunis cunctis animantibus hic a pħo pet accidēs tangit. ea uero qua subsequit
cuncta que in electione cadunt facit ad propositū. secundo notandū ꝙ uoluptatis no-
mē bifariā sumit. uno modo pro specie: & sic uoluptas nō est cōmunis honesto & uti-
li[imo eis opponit. alio modo sumit pro genere[& sic est cōmune ad omne bonū. hoc
itaq; modo honestū iocundū uidet. & etiam utile. Cunctis etiā. ponit secundam ra
tionē dicens[etiam uoluptas cunctis nobis est simul educata a puericia. mox eīm cum
nati sumus in lacte[aliisq; pluribus gaudemus. quapropter arduū est penitus reicere. i.
rationi sūmitrere hanc rem. s. uoluptatē nostre uite insitā. & cum uirtus sit circa ar-
dua: erit itaq; uirtus circa uoluptatē. posset etiā dici & forte melius ꝙ illa pars Cun-
ctis etiā & cetera: nō sit ratio distincta a superiori: sed uidetur addere aliam uolupta-
tis cōmunitatē[que attenditur
respectu etatis ac tēporis. quod
uero dicit Quapropter & cetera
aduersus stoicos dicere uidetur
qui uoluptatē a sapiēte reiicere
annitunt. sed quia sētire ut pau
ci[loqui ut plures licitū est: pri-
ma sententia teneri poterit. item
quia utrū illo[aut hoc modo di
cat nō multū differt quātum ad
propositū attinet. ibi. Regi-
mus aūt. ponit tertiā rationem.
uł si precedēs nō distingat a pri
ma. hec erit secunda ratio. dicit
ergo[regimus aūt actus nostros
alii magis[alii minus per uolup
tatē & dolorē. illis itaq; actibus
intēdimus in quibus uoluptatē
sentimus[ab eis aūt fugimus in
quibus dolorē percipimus. qđ
licet aliquādo deficiat: tamē ut
plurimū tenet uerū. ob hoc igi
tur est necesse totū negociū sci-
licet ciuilis ac uirtutis uersari
circa illas. s. uoluptates[letari eī
aut dolere probe[aut improbe
nō parum est[aut dic nō parum differt ad res agendas. qui bene quidē letatur: bene ac
bona operatur. qui uero male: mala[ac male utiq; agit. Insuper difficilius. ponit q̄r-
tam rationē[uel si ut dictum est secunda nō distingatur a prima: erit hec tertia ratio.
dicit ergo[ut eraclitus inquit difficilius est repugnare uoluptati quā ire. & intellige
dictum eracliti uerum tenere quantū ad continuitatem[nō autē quantū ad impetum.
itaq; extensiue maior est uoluptas quam ira. intensiue autem econtra. uirtus uero sē-
per existit circa difficiliora. & etiam ars. in rebus quidē facilibus quilibet poterit be-
ne operari. in difficilibus autem is solum qui uirtutē aut artem habet. nam bene idest
bonum melius est idest melius efficitur. in hoc scilicet in re difficili. itaq; ob id quoq;
circa uoluptates & dolores est totum negociū uirtutis & ciuilis scientie. nam qui be-
ne utitur his scilicet uoluptatibus ac doloribus: bonus erit. qui male[malos. sed oppo
nitur. quoniā libro septimo dicit esse difficilius repugnare ire quā uoluptati. ad hoc
dicatur sicut prius diximus[ꝙ maior est ira quantum ad impetum[duratione uero &
continuitate maior est uoluptas. uel dic & melius ꝙ aristoteles hic nō intendit appro
bare dictum eracliti[sed ex eo dicto solum intendit demonstrare ꝙ repugnare uolup-
tati sit difficile. ut inde concludat circa eam esse uirtuem. est itaq; uirtus circa uolupta
tem & etiam iram. cum repugnare tam uoluptati quā ire sit difficile. Esse igitur. e-
pilogat ante dicta. & primo quod ultimo. secūdo quod in primo capitulo dixerat. ter-
tio quod in secundo. dicit ergo esse igitur uirtutem circa uoluptates & dolores satis
dictum est[idest satis demōstratum est. in hoc scilicet capitulo. & etiam satis est dictū

Cunctis etiā nobis a puericia simul educa-
ta est. Quapropter arduū est hanc rem insitam
penitus uite nostre reiicere. Regimus autē
actus nostros alii magis alii minus ꝑ uolupta
tem & dolorē. Ob hoc igitur necesse ē totum
negotiū circa illa uersari. Non parū est enī ad
res agendas probe aut improbe letare aut do-
lere. Insuper difficilius est uoluptati repug
nare q̄ ire ut Eraclitus inquit. circa difficilio-
ra uero semp ars uirtusq; existit. nam bene iu
hoc melius est. itaq; ob id quoq; circa uolupta
tes & dolores totū negociū esset uirtutis & ci
uilis. nam qui bene his utitur bonus erit qui
male malus. Esse igitur uirtutē circa uolup
tates & dolores & ex quibus fit ab eisdem au-
geri. Atq; aliter factis corrumpi & circa illa o
perari ex quibus fit satis dictum est.

ex quibus fit:ab eisdem augeri(atq; aliter.s.contrario modo factis corrumpi. & hoc ĩ capitulo primo:dictum est etiam in capitulo secundo uirtutem circa illa operari ex q̄bus fit.hoc est talia ac similia facere illis operibus ex quibus fit.occasione precedentium dubitatur hic:utrum intentio principalis in hoc capitulo fuerit ostendere quid esset uirtutis signum(an potius demonstrare ꝙ uirtus esset circa uoluptates & dolores.ad hoc dicitur ꝙ nemini est satis notum quid horum duorũ aristoteles principaliter in hoc capitulo intenderit.nos autem eum introduxeramus : tanq̄ uirtutis signũ hic intẽderet inquirere.& hoc quia uiri quos nõ parue credimus auctoritatis sic primo intellexere.item quia secundum uideaur ab aristotele inductum in demonstrationem primi:nihilominus satis probabiliter posset dici ꝙ principalis intẽtio fuerit demonstrare uirtutem uersari circa uoluptates & dolores tanq̄m circa materiã proximã ac principalem.

Ed quereret fortasse quispiã quẽadmodum dicimus ꝙ iusta agendo iustos & modesta modestos fieri oportet. Nam si iusta & modesta agũt iam sunt iusti & modesti ceu si gramatica & musica gramatici & musici. Vel nõ in artibus ita se habet. Nam fieri potest ut gramaticũ quid agatur fortuito & alia supposito. Tunc igitur gramaticus erit cũ gramaticũ aliquid & gramatice faciet hoc est secundũ eam gramaticã que in ip̄o est. Preterea nequaq̄ simile est in artibus & uirtutib⁹ Nam que ab arte procedunt laudem in se habent. Quare sufficit sic illa existere ita. Sed q̄ a uirtute proficiscuntur nõ satis est si ip̄a iuste quodãmodo se habent & modeste agantur. Sed si agens ita egerit primo si sciens secundo si eligens & eligens propter ip̄a.tertio si certo & imobili iudicio agat. Ad ceteras uero artes habendas nihil horũ reqrit̄ preterq̄ sciã ac in uirtutib⁹ scire ip̄m parũ ẽ aut nihil.uti uero atq; exercere plurimũ imo totũ ualet : ut pote ex frequẽti actiõe iustorũ modestorũq; ꝓueniat

Ed quereret fortasse quispiam.hoc est capitulũ q̄rtum.ĩ quo mouetur & soluitur questio dependens ex predictis & facit quattuor primo põit dubitationẽ & dubitandi causam. secundo ponit questionis solutionem. ibi Vel nõ in artibus. tertio inducit conclusionẽ principaliter intentam. ibi Bene ergo dicit̄.quarto redarguit quorũdam errorẽ.ibi Sed plerique. fuerat quidem dictum in capitulo primo ꝙ iusta agendo: iusti efficimur. & modesta: modesti. & fortia.fortes.& sic de ceteris uirtutibus. circa hoc p̄lius mouet hic questionẽ dicẽs.sed fortasse quispiam quereret quẽadmodum dicimus.i.dicere possumus : ꝙ iusta agendo:iustos. & modesta modestos fieri oportet.eodẽq; modo de ceteris uirtutibus dubitari poterit. causa dubitãdi est:quia si iusta & modesta agũt:iam sunt iusti.& modesti.ceu idest sicut si grãmatica & musica.i.grammaticalia & musicalia agunt:iam sunt grãmatici.& musici.uidetur itaq; ex his ꝙ uirtutes & artes nõ fiant ex operibus. Vel nõ in artibus. soluit prefactam dubitationẽ.& primo interimendo id quod assumebatur de artibus.secundo interimendo similitudinẽ.ibi Preterea nequaq̄.& dicit uel.i.etiam in artibus nõ se habet ita:scilicet ꝙ ille qui agit grãmatica sit grãmaticus.aut qui agat musica sit musicus. nã fieri potest ut quid grãmaticum idest grãmaticale agatur fortuitu.possibile est eĩm ꝙ aliquis a casu cõgrue ac pure eloquatur.& nõ solum sic:sed etiam poterit quis pure eloqui alio supposito idest per hoc ꝙ sub aliena persona ponitur.sicut patet de histrione qui dum fabulas agit:alienam induit personam:multaq; gestu ac uerbis representans que in eo nõ sũt. tunc igitur erit grãmaticus homo:cum faciet aliquid grãmaticum & grãmatice. hoc est secundũ eam grãmaticam que in ip̄o est.itaq; nõ a casu(nec alium imitando(uel representando:sed per eum habitũ grãmatice qui in ip̄o est. Preterea nequaq̄ simile. ponit secundã solutionẽ interimẽdo similitudinẽ artiũ ad uirtutẽ.& primo facit hoc secũdo cõcludit solutionẽ predicte dubitationis.ibi Res eĩm tũc iusta.dicit ergo pre-

tetea nequaquã est simile in artibus & uittutibus.nam illa que procedũt ab atte laudem habent in se idest ex se & nõ ex alio. uel dic laudem idest id bonum unde laudantur habent in se.& sub audi nõ in alio.quare sufficit illa que ab arte producuntur existere ita scilicet in se laudem ac bonum habentia.sed que a uirtute proficiscuntur: nõ satis est si ipã iuste quodãmodo se habent & modeste agantur:sed erit sufficiens si agens egerit ita scilicet modo sequenti:primo si sciens que eĩm per ignorantiam fiunt nec uirtuosa nec uiciosa sunt.secundo si eligens.uirtuosa quidem ex electiõe nõ ex animi perturbatione aguntur.& eligens propter ipã.finis autem uirtutis est eius operatio.sicut oculi finis est uidere.quousqꝫ igitur homo uirtuosa propter se eligat: uirtuosus nõ est. tertio si agat certo & immobili iudicio idest proposito.

Res eĩm tunc iusta & modesta dicitur quã do talis est qualem iustus & modestus ageret. Iustus autem & modestus est nõ qui hec agit sed qui sic agit ut iusti & modesti agũt. Bene ergo dicitur ꝙ quis iusta agendo iustus fit & modesta modestus. Non agendo autem nullus ut bonus fit nec curare quidem uidetur.

quod uero dicit certo & immobili dictum esse uidetur interpretatiue:uel expositiue:ut et coniunctio pro idest accipiatur.ad ceteras uero artes habendas:idest ad cæteros arcium habitus habẽdos : nihil horum trium requiritur preter quã sciẽtia.at in uirtutibus ipsum scire nihil aut parum est.intellige hoc dictum esse nõ absolute sed per comparationem ad alia duo. uti uero idest operari & exercere plurimum imo totum ualet ad uirtutes habendas.& totum dixit iperbolice ut expressius significaret ad uirtutes comparandas sciẽtiam esse parum operari uero maximũ. ut pote idest tanq̃ uirtuosa sint illa que ex frequenti actione iustorum modestorũqꝫ proueniant.ex actione itaqꝫ rerum iustarũ ac modestarum & aliarum similium proueniunt uirtutes.ex dictis philosophi in hac parte tria notantur que mẽti cõmendabis.primo ꝙ operationes exteriores nõ absolute sed per cõparationem ad hominem interiorem dicuntur uirtuose.at per hoc secundũ philosophũ differũt ab artificialibus que nõ per cõparationẽ ad aliud sed in se laudem habẽt.secundo notatur ꝙ uirtuosa magis in interioribus quam in exterioribus consistant. cum externa non nisi propter interiora dicantur uirtuosa.propter eĩm unũquodqꝫ tale.& id magis dicitur.tertio notatur ꝙ finis cuiusqꝫ uirtutis est eius operatio.licet eĩm uirtutis opus ab altiori uirtute nõnunq̃ ad altiorẽ finem ordinetur:nulla tamẽ secundũ ꝙ talis se extendit ultra propriũ opus.sicut oculus qui ad intellectũ ordinatur:& tamẽ ipse i q̃ntum talis habet uidere pro fine.oẽs itaqꝫ circunstãtie ad uirtutẽ requisite determinãtur a prudentia cuius est uidere gratia cuius operatio fiat atqꝫ de loco & tẽpore ceterisqꝫ aliis.talis autẽ operatio sic a prudentia determinata est uirtutis finis: ultra quẽ uirtus in quantũ talis nõ se extendit. Res eĩm tunc.concludit solutionẽ prefate dubitationis.& dicit res eĩm.i. res quidem aut res itaqꝫ tunc iusta & modesta dicitur q̃n do est talis qualẽ iustus homo & modestus ageret.quasi dicat res tunc iusta ac modesta dicitur:quando est similis operibus iusti ac temperati hominis.que similitudo attẽditur in hoc ꝙ utraqꝫ fit secundũ rationẽ.s.quando & ubi & gratia cuius opportet ceterisqꝫ circunstantiis seruatis.iustus autẽ & modestus est:nõ qui agit hec.s. talia qualia iustus & modestus ageret:sed ille iustus & modestus est qui sic agit ut iusti & modesti agunt.s.sciens eligens & eligens propter hec atqꝫ certo & immobili iudicio.hoc autẽ a nobis tunc cognoscitur a uirtute fieri quãdo cum uoluptate fit. signũ eĩm uirtutis ut superius dicebatur:ex uoluptate aut molestia deprehenditur.sed forte aliquis dubitaret quomodo sit possibile ꝙ homo sine uirtute opereẽ uirtuosa cũ omĩs operatio presuponat rem esse i actu:sicut dicitur nono methaphisice.ad hoc dicimus ꝙ uirtus moralis de qua hic intẽdimus consistit in hoc ꝙ appetitus secundũ rationẽ reguletur principia quidẽ rationis tam in praticis quã in speculatiuis sunt nobis naturaliter indicta.atqꝫ ex eis principiis in speculabilibus peruenimus in conclusiones: in praticis uero in operationes. Bene ergo & cetera. hec est tertia pars capituli in qua concludit conclusionẽ principaliter intentã.& dicit bene ergo dicitur ꝙ iusta agendo quis iustus fit.& modesta modestus. nõ agendo aũt nullus bonus fit. nec idest nec curare

quidem uidetur ut bonus fit: itaqꝫ ille qui non operatur uirtuosa: nec fiet bonus nẽ curam uidetur habere ut bonus fiat. quod uero philosophus dicit ꝙ iusta agendo: qs iustus efficitur. & modesta modestus: intelligatur iusta & modesta idest talia qualia utiqꝫ iustus & modestus ageret. hoc est dicere: similia operibus iusti atqꝫ modesti hominis. Sed pleriqꝫ & cetera. hec est ultima pars huius capituli in qua redarguit quorumdam errorem. & primo eum recitat. secundo ipm reprehendit. ibi Egrotos immitari. dicit primo sed pleriqꝫ nō faciunt ita: scilicet ꝙ operando uel agendo curent bonos fieri. uerum ad uerba disputationemqꝫ conuersi: putant se philosophari idest philosophiam habere atqꝫ ita scilicet philosophando putant se fieri bonos uiros. Egrotos imitati & cetera. reprehendit prefactum errorem. & dicit tales quidem homines sunt imitati idest imitãtes egrotos qui uerba medicorum audiunt quidem diligẽter: nihil autem faciunt ex his que precepta sunt. ut ergo nō bene erit idest non bene succedet corporibus eorum qui ita curantur: scilicet audiendo medicorum precepta & nihil faciendo: sic idest simili modo nec bene erit animis illorum qui ita philosophantur: scilicet philosophie precepta audiendo: nihilqꝫ de eius preceptis operando. occasione istius dubitaret aliquis utrum per studiũ sine operibus possit haberi philosophia. ad hoc dicimus ꝙ si p philosophum intelligas nō solum scientem sed etiam prudentem: cum prudẽtia ex operibus comparetur: non erit possibile hominem esse philosophum sine operibus. de hoc itaqꝫ philosopho intelligunt stoici quando dicunt: dolorem non cadere in sapientem.

Sed pleriqꝫ non ita faciunt. Verum ad uerba disputationemqꝫ conuersi putanr se philosophari atqꝫ ita uiros bonos fieri. Egrotos imitari qui uerba medicorum audiunt quidẽ diligenter faciunt autem nihil ex his que sibi precepta sunt. Vt ergo illorum corporibus nō bene erit qui ita curantur. Sic nec illorum animis qui ita philosophanrur.

Ost hec autem quid sit uirtus considerandum est. Cum igitur tria sunt que in animo fiunt: affectus potentia habitus horum certe aliquid uirtus erit. Affectus quidem uoco cupiditatem: iram: metum: audaciam: inuidiam: leticiam: amorem: odium: desiderium emulationem misericordiam & uniuersaliter illa q̃ uoluptas aut molestia sequit᷑.

Ost hoc autem quid sit uirtus. hic incipit tractatus secundus de quidditate seu diffinitione uirtutis. atqꝫ eius manifestatione in singulis uirtutibus: & continebit hic tractatus capitula tria. in primo inquirit genus uirtutis. circa quod tria facit. primo premittit intentum atqꝫ diuisionem earum rerum que sunt in animo. secundo manifestat membra prefacte diuisionis. ibi Affectus quidem. tertio ostendit uirtutem nō esse in genere affectus nec potentie: sed in genere habitus. ibi Affectus ergo non. dicit ergo primo post hec autem considerãdum est quid sit uirtus. cum igitur tria sint que in animo fiunt: scilicet affectus potẽtia habitus: certe aliquid horum erit uirtus sequitur per hoc ꝙ uirtus ut patet ex libro primo est de numero eorum que sunt in animo. aduertendum ꝙ prefacta diuisio nō comprehẽdit uniuersa que sunt in animo: comprehendit tamẽ omnia que sunt operationũ principia. uirtus quidem sicut patet ex predictis principium est operationis. & si aliquis dicat ꝙ species intellegibilis est in animo & est principium operationis: & non est aliquid illorum trium. ad hoc est dicendum ꝙ species intellegibilis aut est idem cum habitu: aut sub eo saltem comprehenditur. Affectus quidem & cetera. manifestat membra prefacte diuisionis. & primo qui sint affectus. secundo que dicantur potentie. ibi Potentias autem. tertio q sint habitus. ibi Habitus autem. dicit primo affectus quidem uoco: cupiditatem iram metum audatiam inuidiam leticiam amorem odium desiderium emulationem misericordiam & uniuersaliter illa que uoluptas aut molestia sequitur. sicut enim patet ex dictis in precedentibus oẽm actum oẽmqꝫ affectum concomitatur uoluptas aut dolor. omnis etiam ut diximus animi affectus ad uoluptatem aut molestiam terminatur. quid

autem aristoteles intelligat per cupiditatem iram & huiusmodi. patet ex eorum diffinitionibus inferius traditis: ubi stoicorum opinionem pertractabimus. illa quidem nomina quibus pro rebus improbis utuntur stoici aretinus interpretatus est pro eisdem rebus quas aristoteles non ut stoici improbas: sed ad bonum & malum indifferētes esse dicit: itaq; apud stoicos & peripateticos res significate eedem sunt. de eisdem tamen rebus eorum sententie longe sunt diuerse. Potentias autem & cetera. I qua ostendit que sint potentie. & dicit potentias autem uoco secundum quas apti sumus suscipere illos scilicet animi affectus. ueluti secundum quas possumus irasci aut dolere aut misereri. eodemq; modo ille per quas possumus uidere audire intelligere & huiusmodi. Habitus autem. ostendit quid per habitum intelligat. & dicit habitus autem uoco per quos bene uel male ad affectus nos habemus. ueluti ad irascendum si uehementer aut remisse irascimur: male nos habemus. si mediocriter irascimur: bene nos habemus. eodem modo dicendum est circa alia: hoc est circa alios animi affectus. in affectibus quidem sicut in ceteris media fiunt secundū habitum uirtutis extrema uero uiciorum sunt errata. Affectus ergo non sunt. hec est tertia pars huius capituli principalis. in qua premissa diuisione earum rerum que sunt in animo: ostendit sub qua predictarū uirtus contineatur. & primo ostendit ꝙ uirtutes non sint affectus. secundo ꝙ non sint potentie. ibi Propter hec. tertio ostendit ꝙ sint habitus. ibi Si ergo nec affectus. circa primum ponit quattuor rationes. quarum prima talis est affectus ergo nō sunt nec uirtutes nec uicia. hec est conclusio quam sic probat: quia secundum affectus non dicimur boni uel mali. secundum uirtutes autem & uicia dicimur. itaq; secundum uirtutes boni secundum uicia uero mali dicimur. Et quia secundum. ponit secundam rationem que sumitur ex laude & uitupetio que sunt quedam testimonia uirtutis aut uicii. dicit ergo. & est etiam alia ratio propter quam affectus non sunt uirtutes nec uicia. quia secundum affectus non laudamur nec uituperamur. non enim laudatur qui timet nec qui irascitur nec uituperatur qui simpliciter irascitur: sed ille solum uituperatur qui irascitur certo modo: scilicet preter rationem. at secundum uirtutes laudamur & uituperamur itaq; laudamor secundum uirtutes: secundum uicia quidem uituperamur. patet igitur ex his in quo potissimum aristoteles differat ab stoicis. cum ipse animi affectus nec bonos nec malos nec laudabiles nec uituperabiles esse dicat: sed ad utrumq; indifferentes. stoici uero dicunt omnes huiusmodi affectus simpliciter esse malos uiciosos ac uituperabiles. Preterea irascimur. ponit tertiam rationem que sumitur ex modo agendi. & dicit preterea irascimur & timemus sine electione. uirtutes autem idest uirtuose operationes aut sunt electiones quedam aut non sine electione. si enim uirtus sumatur pro actu uirtutis quantum ad actum interiorem est electio: quantum uero ad exteriorem: non est sine

Potentias autem uoco secūdum quas illas suscipere apti sumus ueluti secundum quas possumꝰ irasci: aut dolere: aut misereri. Habitus autem per quos bene uel male ad affectus nos habemus ueluti ad irascendum si uehementer aut remisse male si mediocriter bene eodem modo: & circa alia. Affectus ergo non sunt neq; uirtutes neq; uicia: quia secundum affectus non dicimur boni uel mali. Secundum uirtutes autem: & uicia dicimur.

Et quia secundum affectus non laudamur: neq; uituperamur. Non enim laudatur qui timet: nec qui irascitur. Neq; uituperatur qui simpliciter irascitur: sed qui certo modo. At secundum uirtutes: & uicia laudamur & uituperamur. Preterea irascimur & timemus sine electione. Virtutes autem electiones quedam sunt uel non sine electione. Insuper secundum affectus moueri dicimur secundum uirtutes: & uicia non moueri sed certo modo

electione.sumitur itaq; uirtus hic a philosopho pro uirtutis operatione.uel dic ꝙ di-
iunctiue loquitur.& secunda pars uera est.& sic intelligendo:non opportet exponere
uirtutes idest uirtuose operationes. Insuper secundum affectus. ponit quartam ra-
tionem que sumitur ex essentia affectus.& dicit insuper idest item secũdum affectus
moueri dicimur.hoc autem ideo est quia affectus sunt motus quidam. sed secundum
uirtutes & uicia non moueri sed certo modo dispositos esse. eoq; uirtutes non motus
sed qualitates esse dicuntur. Propter hec etiam.ostendit ꝙ uirtutes non sint poten
tie duabus rationibus quarum prima sumitur ex predictis.& dicit propter,hec etiam
scilicet quia secundum uirtutes & uicia boni uel mali dicimur : atq; laudamur & ui-
tuperamur quia inquam ita est sicut uirtutes & uicia non sunt affectus : sic etiam nec

dispositos esse. Propter hoc etiam neq; po-
tentie sunt. Nam neq; boni neq; mali ex eo di-
cimur quia facere possumus simpliciter neq;
laudamur neq; uituperamur. Et preterea
potentes sumus natura at boni uel mali natu-
ra non sumus. Diximus autem de hoc prius.

Si ergo neq; affectus sunt neq; potantie res
tat ut habitus uirtutes sint. quid igitur uir-
tus sit generaliter dictum est.

potentie.nam nec boni nec ma
li dicimur ex eo quia possumus
idest potentes sumus simplici-
ter facere.nec etiam ex eo ꝙ su
mus porentes facere laudamur
nec uituperamur.igitur uirtu-
tes & uicia non erunt potentie.

Et preterea.ponit secundam
ratõnem.& dicit & preterea po
rentes sumus natura: hoc ẽ per
naturam uel a natura. at boni
uel mali natura non sumus.di-
ximus autem de hoc prius:sci-
licet in principio huius secun-
di libri:ubi ostensum est uirtu-
tes non inesse nobis a natura:sed uoluntarie ac operum consuetudine. & ex his pa-
tet ꝙ philosophus tam in prima quam in secunda ratione intelligat de potentiis que
nobis insunt natura. Si ergo nec affectus. ex prefactis ostendit uirtutes esse habi-
tus.concludit etiam principale propositum.ibi Quid igitur. dicit primo si ergo uir-
tutes nec sunt affectus nec potentie:restat secundum diuisionem premissam ut sint
habitus.ibi Quid igitur concludit principale intentum dicens quid igitur. sit uirtus
generaliter idest secundum genus:dictum est.sicut eim patet ex premissis uirtus non
est in genere affectus nec potentie sed habitus.itaq; genus uirtutis est habitus. quod
in hoc capitulo philosophus concludere intendebat. pro maiori euidentia dictorum
& etiam dicendorum circa animi affectus quattuor occurrunt consideranda. primo
quid sit animi affectus.secundo quot & qui sint huiusmodi affectus.tertio quo modo
inter se differant.quarto qui sint principales. & primo uideamus quid aristotelis ex-
positores circa hec & eorum nomina sentiant.deinde ad stoicos ueniemus.aristotelis
quidem expositores qui iuxta traductionem antiquam huiusmodi animi affectus pas-
siones appellant:ad primum illorum quattuor dicunt ꝙ passio ut eorum uerbis uta-
mur est motus appetitus sensitiui cum quadam transmutatione cordis. dicunt eim ꝙ
in delectatione & his passionibus que ad delectationem terminantur cor dilactatur.
constringitur uero in tristicia & eis passionibus que ad tristiciam terminantur. & po
nitur in hac diffinitione appetitus sensitiui ut a uoluntare caueatur. in qua ut dicũr
non nisi equiuoce passio reperitur.ad secundum dicunt ꝙ animi passiones sunt unde
cim aut duodecim.& sub his ceteras comprehendunt.sunt autem hec amor desideri-
um delectio.odium abominatio tristicia.spes desperatio.audaria timor.ita mansuetu
do.atq; sub his alie quedam continentur.ut gratia misericordia uerecũdia nemesis
inuidia zelus.ad tertium dicunt ꝙ prime sex passiones differunt ab aliis sex ratione
subiecti & obiecti.sunt eim prime sex in appetitu concupiscibili alie uero sex in ap-
petitu irascibili.differũt etiam ratione obiecti.quoniam prime sex sunr respectu bo-
ni uel mali absolute:alie uero sex dicuntur respectu boni uel mali ardui. que autem
sunt in appetitu concupiscibili:prime tres differunt ab aliis per hoc ꝙ ille sunt res-
pectu boni alie uero respectu mali.respectu quidem boni appetitus se habet trifari-
am.primo inclinatur in bonum.& talis inclinatio amor dicitur.secũdo tendit in bo-

num amatum. & talis tendentia desiderium appellatur. tertio quiescit in bono adep-
to. & talis quietudo dilectionem nuncupant. respectu etiam mali trifariam se habet.
primo quidem inclinatur in fugam. & hec est odium amori oppositum. secundo ten-
dit in fugã mali. & illa est abominario desiderio opposita. tertio si id malũ fugere non
possit: dolet. & ille dolor tristiria dicitur. que delectationi contrariatur. passiones ue-
ro irascibilis sic differunt: respectu boni futuri quod intendit habere spes dicitur. si
uero id adipisci opinatur sibi nõ esse possibile: erit desperatio. respectu uero mali fu-
turi: si intendit resistere ac superare: est audatia. si uero credat se superari ac uinci: est
timor. respectu uero mali presentis si in uindiram insurgat: ira nominatur. si autem
succumbat nec de uindita curet: erit mansuetudo. itaq̃ mansuetudo nõ passio: sed po
tius passionis priuatio dicirur. & hac de causa diiunctiue dictum est ꝙ passiones sunt
undecim aut duodecim. si quidem mansuetudo passio dicatur: erunt duodecim. si ue-
ro nõ dicatur passio: erunt passiones undecim. respectu quidem boni presentis nõ est
in irascibili aliqua passio. eo ꝙ nullum presens bonum habet ratiouẽ ardui. & ex his
satis patet que sit diffinirio uniuscuiusq̃ predictarum passionum. sunt autem alie q̃-
dam que sub his continentur. sicut gratia sub amore. est eĩm gratia cum aliquis ex a-
more beneficium exibet alreri. misericordia uero zelus nemessis & inuidia sub tristi
tia continentur. est eĩm misericordia cum homo miserctur alicui iniuria parienti. ze
lus autem est cum dolet se carere bono aliquo quod alius habet. nõ quidem ꝙ doleat
alium habere: sed quia ipsemet nõ habeat quod habere poruit. ne messis ẽ dolor ac tris
ticia de malorum prosperitate. inuidia est rristicia propter bona alterius que nihil no
ceant inuidenti. uerecundia uero sub timore ponirur: est eĩm uerecundia cum homo
aliquam timet pati dehonorationem. ad quarrum dicunt ꝙ animi principales passio
nes sunt delectatio & tristitia: eo ꝙ cetere ad has terminentur. quod patet inductiue.
si eĩm homo consequatur rem amatam ac desideraram: delectatur. si uero nõ cõsequa
tur: tristatur. item si rem quam sperat adipiscatur: gaudet. sin aurem nõ: tristis efficit.
preterea qui odit & abhominatur: si malum quod odit & abhominatur potest euitate
gaudet. & si id nõ potest subrerfugere: tristatur ac dolet. etiam audens si uincat: delec
tatur. si autem uincatur: molestus efficirur. iratus quoq̃ uindictam sumens: delectat.
cum uero uindicari nõ potest: tristatur. codẽq̃ modo timidus si fugiat malum quod ti
mebat. gaudet. si autem id subterfugere nõ possit: tristatur ac doler. paret itaq̃ ex his
ꝙ passiones irascibilis appetitus terminentur in concupiscibilem. patet eriam ꝙ uir-
tutes esse circa delectationes & tristicias per inde est: ac si dicamus esse circa animi pas
siones. sicut eĩm ex dictis patet cuncte alie in delectatione & tristitia terminũ habent
hec igitur sunt que aristotelis expositores circa animi passiones cõmuniter tradunt.
stoici uero ab his nõ patunt differentes: longe alitet re ac nomine sentiunt. distingũt
autem stoici duas animi partes: scilicet rationis participem & rationis in expertem.
hoc est rationem & appetitum. in ratione quidem dicunt esse constantiam tranquilli
tatem ac placidam quierem. in appetitu uero dicunt esse motus turbidos ac inimicos
rationi. hos itaq̃ motus appellant animi pertutbationes. zeno quidem stoicorũ prin-
ceps animi perrurbationem sic diffinit. perturbatio est animi cõmotio contra naturã
auersa a ratione recta. quidam autem eorum sic diffiniunt: perrurbatio animi est ap-
petitus uehementior cum longius a nature constantia discesseris. patet igitur ex his
ꝙ secundnm stoicos omnis animi perturbatio est secundum se inotdinata ac uiciosa.
& hoc est potissimum in quo ab aristorele differunt: qui animi perturbationes esse pu
tat indifferentes. itaq̃ si secundum rationem regulentur: erunt bona ac uirtuosa. si
uero preter rationem fiant: uiciosa dicuntur. partes uero petturbationum stoici uo-
lunt ex duobus nasci opinatis bonis & ex duobus opinaris malis. & ita quattuor esse
dicunr. ex bonis quidem libidinem ac leticiam. ut sit leticia presentium bonorum li-
bido futurorum. ex malis ueto metum & egritudinem nasci censent. metum ex futu-
ris egritudinem ex presentibus. in ratione quidem tres dicunt esse constanrias: scili-
cet uoluntarem gaudium & cautionem. uoluntas quidem est furutorum bonorum.
gaudium uero presentium. cautio uero est respectu malotum fututorum. preseris au
tem mali non est aliqua constantia. quia ut dicunt in sapientem nihil tale potest cade
re de quo doleat. tres itaq̃ esse dicunt constantias & quattuor animi perturbationes.
& sub his quattuor cunctas animi pettutbationes comptehendi uolunt. egtitudini

quidem subiciuntur inuidentia emulatio obtrectatio misericordia angor luctus me
ror eruna dolor lamentatio solicitudo molestia afflictatio desperatio : & siqua sint a-
lia de eodem genere. hec autem hoc modo diffiuiunt: inuidentia est egritudo succep-
ta propter res alterius secundas que nihil noceant inuidenti. nam siquis doleat eius
rebus secundis a quo ipe ledatur: non recte dicitur inuidere. emulatio aut dupplici-
ter quidem & illa dicitur; ut & in laude & in uicio hoc nomẽ sit. nam & imitatio uir-
tutis emulatio dicitur. sed ea hoc loco non utimur. est eĩm laudis. ut quidem de ea
hic loquimur: emulatio est egritudo si eo quod quis concupierit alius potiatur : ipse
careat. obtrectatio autem quam & zelotipiam uocant est egritudo eo ꝙ alter quoq; po
tiatur eo quod ipe concupierit. misericordia est egritudo ex miseria alterius iniuria
laborantis. nemo eĩm parricide aut proditoris supplicio misericordia cõmouetur. an
gor est egritudo premens. luctus est egritudo ex eius qui carus fuerat interitu; acerbo
memor est egritudo flebilis. erũna est egritudo laboriosa. dolor uero est egritudo cru
cians. lamentatio est egritudo cum ululatu. sollicitudo est egritudo cum cogitatione.
molestia est egritudo permanens. afflictatio est egritudo cum uexatione corporis. des
peratio est egritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. sub metu autem subiec
ta sunt hec: pigricia pudor terror timor pauor exanimatio conturbatio formido. &
ea sic diffiniunt. pigricia est metus consequentis laboris. pudor est metus inhonora-
tionis. terror est metus concutiens. ex quo fit ut pudorem rubor terrorẽ palor & tre-
mor ac dentium crepitus consequantur. timor est metus mali appropiuquãtis. pauor
est metus mentem de loco suo mouens. exanimatio est metus consequens & comes pa
uoris. conturbatio est metus excutiens cogitata. formido est metus permanẽs. uolup-
tati quidem subiecta sunt: maliuolentia lectans malo alieno delectatio iactatio & si-
milia. & hec sic describunt. maliuolentia est uoluptas ex malo alterius sine emolumẽ
to suo. delectatio est uoluptas suauitate auditus animum deliniens. & qualis est hec
aurium: tales sunt oculorum & tactionum & odorationum & saporum. que sunt om-
nes unius generis ad perfundendum animũ tanquã iliquefacte uoluptates. iactio est
uoluptas gestiens & se efferens insolentius. libidini subiecta sunt hec: ira excandecẽ-
tia odium inimicicia discordia indigẽtia desiderium & cetera huiusmodi. hec aũt sic
diffiniunt. ira est libido puniendi eum qui uidetur lesisse iniuria. excandecentia est
ira modo nascens & modo desistens. odium est ira inueterata. inimicicia est ira ulcis-
cendi tempus obseruans. discordia est ira acerbior intimo odio & corde concepta. in-
digentia est libido inexplebilis. desiderium est libido eius quod nondum assit inueni
endi. hec igitur sunt que de animi perturbatioĩbus stoici sentiunt. sed dubitaret hic
aliquis quis istorum modorum aristoteli magis conueniat. ad hoc dicẽdum ꝙ primus
modus non satis conuenit aristoteli. preterea eĩm ꝙ illa distinctio passionum & distin
tione appetituũ concupiscibilis & irascibilis nec ratione nec auctoritate satis demõs
tratur. ommitamus etiam ꝙ passio delectatio & tristitia non sũt nomina usitata apud
pitiores latinos: & uideamus si amor & odiũ apud aristotelem in ea inueniantur sig-
nificatione. in secundo quidem rhetoricorum & octauo ethicorum sic diffiniuntur:
amor est bene uele alteri gratia amati. & cum odium amori opponatur: erit odium al
terins maliuolentia. modo planum est ꝙ dicere amorem primam appetitus inclinatio
nem in bonum non concordat cum hac de amore aristotelica sententia. stoici uero ut
mihi quidem uidetur conueniunt cum aristotele ac ab eo differunt. conueniunt eĩm
in nominibus eorumq; significatis. itaq; aristoteles actus siue motus appetitus nomi
nat eisdem nominibus cum stoicis. differt tamẽ ab eis in hoc: ꝙ ipe putat huiusmodi
actus appetitus esse nec bonos nec malos: sed ad utrũq; indifferentes. si quidẽ secũdũ
rationem regulentur: uirtuosi dicuntur. si uero preter rationem fiant: uiciosi ac ma
li uidentur. stoici uero huiusmodi motus appetitus quos aristoteles dicit ad bonũ uel
malũ indifferẽtes: ipi dicũt eẽ malos ac uiciosos. itaq; de eisdem rebus aliter sentit a-
ristoteles aliterq; stoici. nec igitur stoicorũ nec etiã suorũ comẽtatorum dicta aristote
li ie toto satis cõuenire queunt. & est hic cũ diligẽtia notãdũ: ꝙ ab eis noĩbus quibus
utũtur stoici alia latini nõ hñt per q̃ motus appetitus significẽt. causa aũt ẽ q̃a latini
hoĩes a quibus probata uocabula auctoritatẽ & originẽ habuere: oĩs fere stoicorum
secte adherent. hac igitur de causa aretinus uniuersos actus appetitus interpretatus
est per ea nomina quibus utuntur stoici. & cõmenda hoc menti. plures eĩm uidi qui-

bus huius rei ignorantia maximo fuerat impedimento ne aristotelis dicta recte sentirent. item notandum ꝙ huiusmodi actus appetitus greci morbos appellant. cicero uero greca meliora faciens: dicit eos animi perturbationes. aretinus quidem parumper ab his declinans: motus appetitus interpretatus est animi affectus. enimuero affectus idem fere est quod tortura uel afflictio uel animi infirmitas. ea uero q̃ sub affectu continentur leonardus nominauit eisdem nominibus quibus & ipe cicero nominauerat. traductio uero antiqua pro morbo passionem posuit. & improprie quidem. quia passio non morbum: sed motum actioni oppositum latine significat. male igitur illius tradutionis actor interp̃tatus est: deterius tamen ipius expositores id intelligunt. quoniam ille pro morbo illi pro motu passionem accipiũt. unde fit ut re ac nomine non modicum aberrent. notãdum est quoq; diligenter ꝙ actus siue motus appetitus iuxta aristotelem dicti sunt morbi animi perturbationes uel affectus nõ quidem formaliter sed effectiue. itaq; non quia talia sint: sed quia talia efficere possunt. hi eĩm animũ nõnunq̃ egrotum reddunt perturbant atq; efficiunt. hac igit̃ de causa talia apud aristotelem sortiuntur nomina. unde patet ꝙ horũ nominũ origo alia apud stoicos alia sit apud aristotelem illi ei sic noĩant q̃a talia esse credũt aristoteles uero nõ q̃a talia sed quia talium essẽt causa.

Ed oportet nõ solum isto modo ꝙ habitus est sed qualis habitus sit dicere. Est ergo dicendum ꝙ omĩs uirtus & illud ip̃m cuius uirtus est bene se habens p̃ficit & opus eius bene reddit. ut ecce uirtus oculi etiam oculum studiosum facit & opus eius. Virtute eĩm oculi bene uidemus eodemq; modo uirtus equi equum ip̃m studiosum facit & bonum ad currendum portandumq; equitem & expectandum hostes. Si ergo hoc eodem modo in omnibus se habet & uirtus certe hominis habitus erit ex quo bonus uir fit & ex quo suum opus bene reddit. Quomodo autem id erit iam dictum est. Preterea & hoc modo patebit si inspiciamus qualis sit eius

Ed oportet nõ solum & cetera. istud est secundum capitum in quo inquirit q̃ sit differentia uirtutis. & facit quattuor. primo intentum premittit. secũdo manifestat quãdam uirtutis proprietatem. ibi Est ergo dicendum. tertio ostendit que sit p̃pria differentia uirtutis. ibi Quomodo autem. quarto ostendit ꝙ nõ in omni actu & affectu sit medietas illa que est uirtus. ibi Non tamẽ omnis actus. dicit ergo primo sed oportet dicere hoc est ostendere nõ solum hoc modo: scilicet ꝙ uirtus est habitus: sed etiam qualis habitus sit. scilicet utrum medius an extremus dicatur habitus.

Est ergo dicendum. manifestat quãdam cõmunem uirtutis conditionẽ siue proprietatem: & dicit: est ergo dicendum ꝙ omnis uirtus bene se habẽs perficit illud ipium cuius est uirtus scilicet subiectum in quo existit. & opus eius scilicet subiecti cuius ẽ uirtus reddit bene idest bonum. uel dic bene idest opportune uel prout opportet hoc est rationis institutum quod inductiue sic probat: ut ecce uirtus oculi & oculum & etiam eius opus quod est uidere facit studiosum idest bonum. eodemq; modo uirtus equi equum ip̃m facit studiosum & bonum idest aptum ad currẽdum portandũq; equitem & expectandum hostem. eodemq; modo in cunctis aliis se uidetur habere. & ex hac uniuersali conclusione philosophus arguit ad propositum dicens: si ergo hoc eodem modo in omnibus se habet: & certe uirtus hominis erit habitus ex quo habitu fit bonus uir & ex quo etiam uirtutis habitu suum opus reddit bene scilicet opportune ac secundum rationem. intelligendum est hic ꝙ uirtus secundum rationem qualitatis habet ꝙ subiectum perficiat. secundum uero propriam uirtutis rationem eius opus reddit bonum. uel dic ꝙ utrũq; ei cõuenit secundũ rationẽ uirtutis: magis tamen secundum quod est ut opus bonum reddat. Quomodo autem. inquirit que sit propria differẽtia uirtutis. & hoc tripliciter. p̃io quidẽ ex op̃ationũ p̃prietate. secũdo ex nãa uirtutis. ibi preterea & hoc modo. iii. ex r̃one boni & mali. ibi Adhuc delinq̃re

dicit ergo primo. quomodo autem id erit. ſcilicet ꝙ uirtus reddat bonum hominis opus dictum eſt iam. eſt eīm ſupra oſtenſum ꝙ uirtus ex mediis operibus fiat: ex extremis uero corrumparur. & talium operationum ſit effectiua: quales ſunt ille ex quibus generatur. unde patet ꝙ uirtus ſit habitus in medietate conſiſtens. at per hoc reddit opus bonum ꝙ medietaris eſt operatiuus. Preterea & hoc modo. probat idem ex natura uirtutis. circa quod quattuor facit. primo proponit quedam neceſſaria. ſecundo manifeſtat quod dixerat. ibi Dico autem. tertio ex premiſſis probat intentum. ibi Si utiq; omnis ſcientia. quarto exponit concluſionem inductam. ibi Loquor autem. dicit ergo primo preterea quomodo uirtus hominem faciat ſtudioſum atq; eius opus bonum reddat: patebit hoc modo ſcilicet ſi inſpiciamus qualis ſit natura eius ſcilicet

natura Nempe in omni continuo ac diuiſibili & plus & miuꝰ & equale capi poteſt. Et hoc aut reſpectu rei aut noſtri. Equale uero medium quid eſt inter deffectū & exceſſum. Dico autem medium rei quod equaliter diſtat ab utroq; extremo quod eſt unum & idem in omnibus. Reſpectu autem noſtri: quod neq; excedit neq; deficit. Hoc autem neq; unum neq; idem omnibus eſt. Veluti ſi decem multa duo Pauca ſex media capiantur in re equaliter enim excedunt & exceduntur. Hoc medium eſt ſecundum proportionem numeri. Sed quantum ad nos non ita capiendum: non enim ſi cui decem minas

uirtutis. & nempe pro huius euidentia oportet primo ſupponere ꝙ in omni continuo ac uniuerſaliter in omni diuiſibili ſiue ſit continuum ſiue diſcretum ſiue per ſe ſiue per accidēs diuidatur: in omni inquam tali poteſt capi plus & minus & equale. & hoc duppliciter contingit fieri. ſ. aut reſpectu rei hoc eſt quantitate rei abſolute conſiderata aut reſpectu noſtri hoc eſt per comparationē ad nos. quid autem intelligat per equale exponit dicēs. equale uero ē quid medium inter deffectum & exceſſum. tria itaq; ſunt hec q̄ hic premittit philoſophus. primo ꝙ in omni diuiſibili poſſit capi plus minus & equale. ſecūdo ꝙ bifariā hoc fieri contingat. tertio quid ſit equale. Dico aūt. manifeſtat quod dixerat. primo per rationē. uel dic & melius. primo per diffinitionē ſecundo per exēplnm. ibi Veluti ſi decem. dicit primo dico autem medium rei quod equaliter diſtat ab utroq; extremo. ſ. ab exceſſu & deffectu. quod eſt unum & idem ī omnibus. ſ. rebus. ſicut eīm iam patebit: ſex media ſunt inter duo & decem. itaq; in quibuſcunq; rebus hi numeri ſumantur: ſex media dicuntur duorum & decem. reſpectu autem noſtri dico medium quod nec excedit nec deficit: ſcilicet menſuram. ut in calceo id eſt medium quod nec pedem excedit nec ab eo deficit. hoc autem mediū quod eſt reſpectu noſtri ac rerum noſtrarū nec unum nec idem eſt in omnibus ſicut enim quantitas pedis uariatur: ſic etiam medium in calceo. codemq; modo ſe habet in ceteris rebus ad nos pertinentibus. Veluti ſi decem. manifeſtat idem per exemplum. & primo de medio rei quod equaliter diſtat ab extremis. ueluti ſi in re decem multa duo pauca ſex media capiantur id eſt dicantur. uel dic ueluti ſi in re decem ſint multa duo pauca: in hoc caſu ſex capiantur id eſt capiuntur media. quod patet: equaliter eīm ſex excedunt duo & exceduntur a decem. & hoc medium eſt ſecundum numeri proportionem que proportio attenditur ſecūdum numeri equalitatem. ſicut hic. quia ſex per numerum quaternarium excedunt duo & per eumdem a decem exceduntur. Sed quantum ad nos. exemplificat de medio quantum ad nos. & dicit: ſed medium quantum ad nos hoc eſt per comparationem ad nos & ad res noſtras nō eſt capiendum ita: ſcilicet per eque diſtantiam ab extremis. non eīm ſi cui id eſt alicui comedere decem minas eſt multum duas autem parum: propter hoc magiſter ludi qui de cibo ac ceteris ad ludum pertinentibus debet ordinare: ſex minas eidem tradet. eſt enim id eſt eē poteſt & hoc. ſ. ſex mine nimiū aut parum illi qui accepturus ē. ſ. cibum. nam parum eſſet miloni de quo dicunt ꝙ in die bouem comederet. uel dic ꝙ per milonem intelli

git hominem qui iam exercitatus erat in ludo cursus ac palestre: tale quidem homini forte esset parum comedere sex minas: esset uero nimium homini incipienti se in ludo exercere. simile est in cursu & in palestra. itaqꝫ sicut in cibo: sic etiam in cursu & palestra medium non accipitur per eque distantiam ab extremis. non enim si currere decem stadia sit nimiũ & currere duo sit parum. propter hoc magister ludi precipiet currere sex stadia. nam & hoc esse poterit multum & parum. eodem modo est dicendũ de palestra idest luta ac ceteris similibus. itaqꝫ omnis sciens uitat excessum atqꝫ deffectum hoc modo scilicet quantum ad nos. querit autem medium & eligit. medium uero non rei sed respectu nostri. hoc quidem medium quod est respectu nostri raro uel nunq̃ ab extremis distat equaliter. sicut eĩm infra demonstrabitur: fere semꝑ uni extremorum est propinquius. nota ꝙ philosophus per magistrũ ludi intelligit pedotriuem qui cõmunem habet curam pueros exercitandi in ludis liberis. & hoc exemplum nõ facile capiũt nostri auditores. eo ꝙ in nostris ciuitatibus de hoc fere nulla ẽ cura. Si utiqꝫ omnis scientia: ex premissis probat intentum: scilicet ꝙ uirtus sit opatrix medij. & ait quia utiqꝫ omnis scientia bene perfecit idest perfecte agit opus sic: scilicet prospiciẽs ad medium & hoc quantum ad actum interiorem & ad hoc: scilicet medium opera ipa deducens & hoc quantum ad exteriorem executionem: unde dici cõsueuit ꝙ in recte factis nec addi nec demi quicq̃ potest: ut pote idest tanquam excessu atqꝫ deffectu corrumpentibus scilicet opus: medio autem seruante: boni autem idest boni quidem aut boni itaqꝫ artifices ut diximus faciunt idest operantur respicientes idest respiciendo ad hoc scilicet medium. uirtus autem omni arte certior ac melior est: quemadmodum & natura. uirtus eĩm sicut & natura solum inclinat ad unum: scilicet ad bonum: ars uero ualet ad opposita Itaqꝫ habens artem & bonum & malum opus poterit facere. sicut grãmaticus congrue atqꝫ incongrue loqui. uirtuosus autẽ per uirtutem malum facere nequit. erit igitur uirtus certior at per hoc melior omni arte. qa inquam ita est. sequitur a minori ꝙ uirtus quoqꝫ sit medii coniectatrix. idest medii cõsideratrix atqꝫ operatrix. in opere quidem uirtuoso concurrit prudentia cum morali uirtute. & ut mihi uidetur aristoteles hic per uirtutem intelligit facultatem ex prudẽtia ac morali uirtute cõstitutã. Loquor aũt. expoĩt cõclusionẽ ĩductã dicẽs loquor ãt nõ de uirtute speclatia ĩ q̃ nec mediũ nec extrema repiũt sed de morali. I. dic ꝙ etiã

comedere multũ est: duas autẽ parũ magister ludi. Sex eidem tradet. Est eĩm fortasse hoc nimium: aut parum illi qui accepturus est. Nã miloni parum incipienti uero se exercere nimium. Simile est in cursu & palestra. Hoc itaqꝫ modo omnis sciens excessum uitat atqꝫ defectum mediũ autẽ querit & eligit mediũ uero nõ rei sed respectu nostri. Si utiqꝫ omĩs scientia sic opus bene perficit ad mediũ prospiciens & ad hoc opera ipa deducẽs. Vnde dici cõsueuit in recte factis: ꝙ neqꝫ addi neqꝫ demi qcquã potest ut pote excessu atqꝫ deffectu corrũpentibus: medio autẽ seruante: boni autẽ artifices ut diximus ad hec respiciẽtes faciũt. Virtus autẽ omni arte certior ac melior est quẽadmodũ natura medii quidẽ erit coniectatrix

Loquor autẽ de morali nam ea uertitur circa affectus & actus: & in his est excessus defectus & mediũ ut puta metuere audere cupe irasci misereri & uniuersaliter letari & dolere magis & minus ac utraqꝫ nõ bene sed quando & ĩ quibus erga quos & cuius causa & ut oportet mediũ & optimũ est qđ profecto est ĩ uirtute eodẽ modo in actibus est excessus & deffectus & madiũ. Virtus aũt circa actus & affect⁹ uersatur in quibus excessus quidẽ delinquit defectus uero reprehẽditur mediũ aũt probatꝛ ac recte pficitur. Sed hec utraqꝫ uirtutis sũt. Mediocritas ergo q̃dã uirt⁹ est medii cõiectatrix

ſi hec in omni uirtute modo aliquo reperiantur : hic tamẽ ſolum de morali intendi-
mus. nam hic ſolum loquimur de uirtute que eſt circa affectus & actus: in quibus eſt
exceſſus deffectus & medium. ut puta contingit metuere audere cupere iraſci miſere
ri & uniuerſaliter letari & dolere magis & minus ſcilicet quã opportet. & utraqꝫ nõ
bene fiunt. tam eĩm exceſſus quam deffectus uituperatur. ſed audere uel iraſci quan
do opportet & in quibus ſcilicet rebus & erga quos & cuius cauſa & ut opportet: hoc
tale inquam eſt medium & optimum: quod profecto eſt in uirtute. & dixit optimum
iperbolice loquendo: ut bonum quod de medio conceperat ſic melius exprimeret. eo-
dem modo in actibus exterioribus eſt exceſſus deffectus & medium. uirtus autem. ſ.
uirtus itaqꝫ moralis uerſatur circa affectus interiores & actus exteriores ĩ quibus ſci
licet affectibus & actibus exceſſus quidem delinquit deffectus uero reprehẽditur me
dium aũt probatur: ideſt laudatur ac recte perficitur. uirtutis autem ſunt hec utraqꝫ:
ſcilicet ꝙ probetur ac recte per
ficiatur. ergo ut primo medie-
tas quedã erit uirtus medii con
iectatrix: ideſt conſideratrix at-
qꝫ operatrix. itaqꝫ ut prius dice-
bamus uirtus moralis hic a phi
loſopho pro facultate conſtitu-
ta ex habitu itellectus ſimul &
appetitus ſumitur. aut ſi uis ꝙ
uirtus pro morali duntaxat ſu-
matur: expone cõiectatrix ideſt
operatrix: dubitaret hic aliqs
quomodo affectus & actus ſint
diuiſibiles in plus minus & eq-
le. diuiſio eĩm ut primo phiſico

Ad huc delinquere multifariam eſt. Nam
malum quidem infiniti eſt ut pithagorici pu
tant bonum autem finiti. Recte autem perfi-
cere unice dicitur. Quapropter alterum faci-
le: alterum difficile eſt. facile quidem aberra-
re: difficile autem eo: ad quod intendendas po-
tiri. Et ob hoc igitur uicii eſt exceſſus & deffe
ctus: uirtus autem medium. Nam boni qui-
dem ſimpliciter multifariam autem mali.

rum traditur ſoli cõuenit quantitati. ad hoc mihi uidetur dicendum ꝙ qualitates &
motus diuiduntur non ſolum rationi ſubiecti: ſed etiam ratione gradualis quantita-
tis quam in ſe habent. ut eĩm patet ex decimo methaphiſice inter contraria quecun-
qꝫ non parua eſt latitudo. Ad huc delinquere. ponit tertiam rationem que ſumitur
ex ratõne boni & mali. & primo facit hoc. ſecundo concludit diffinitionem uirtutis
ibi Eſt ergo uirtus. dicit ergo adhuc. i. item delinquere multifariam eſt: malum quidẽ
ut pitagorici putant eſt infiniti. i. ad infinitum pertinet uel ſub infinito continetur.
ſicut eĩm patet ex primo & undecimo methaphiſice pithagorici duos ponebant ordi-
nes rerum. atqꝫ in ordine infiniti malum & in ordine finiti bonum collocabant. ma
lum eĩm multifariã atqꝫ modis infinitis fieri contingit. bonum autem eſt finiti. atqꝫ
recte perficere. i. recte facere unice dicitur: hoc eſt unico modo fieri cõtingit. quapp-
ter alterum. ſ. malum eſt facile alterum. ſ. bonum eſt difficile. facile quidem eſt aberra
re: difficile autem potiri eo quod intendas. in omni uero negocio uidemus ꝙ ſit faci-
le aberrare difficile uero eo quod intendimus potiri. cauſa quidem ea eſt: quia ad er-
randum ſunt infinite uie. ad recte uero agendum non eſt niſi uia unica. & ob hoc igi
tur. ſ. quia malum multifariã bonum autẽ unice contingit fieri exceſſus & deffectus
eſt uicii. i. uicioſus. medium autem eſt uirtutis. i. uirtuoſum. nam boni quidem ẽ ſim-
pliciter ideſt unice fieri. multifariam autem ideſt multifarie fieri eſt mali. cum igitur
ita ſit ꝙ exceſſus & deffectus concordent cum malo per hoc ꝙ fiunt multifariam: me-
dium autem cum bono cõueniat per hoc ꝙ unice fiat: quia ita inquam eſt exceſſus at-
qꝫ deffectus ſunt uicioſa: medium autem uirtuoſum. intelligenda ſunt hic duo. pri-
mo ꝙ malum bono bifariam opponitur. uno modo priuatiue: & ſic habet locum quod
hic philoſophus dicit: ſcilicet ꝙ eſt multifariam. ex priuatione enim cuiuſcun-
qꝫ rei ad bonum pertinente cauſatur malum quod bono priuatiue opponitur. a
lio modo accipitur malum contrarie: & ſic non multifariam: ſed unice ſicut et
bonum fieri poterit. ſicut enim traditur decimo methaphiſice: contraria ſunt
maxime diſtantia. itaqꝫ in ea latitudine nihil magis diſtare poterit. illud igitur
malũ bono contrariatur quod a bono maxime diſtat: tale aũt eſt id malũ quo nihil eẽ
poteſt deterius. nam ſi aliquid poſſet eſſe deterius: iam illud nõ diſtaret maxime a bo-

nó.cum alìud poſſet eſſé diſtãtiũs.tale ítaq malũ quod a bono maxime diſtat nõ multifariã:ſed unice fieri contigit.ſ.ex priuatione uniuerſi boni in eo genere.ceu ſi tẽperate comedere ſit bonum| & ĩtemperate comedere ſit malum|& hoc illi opponatur contrarie:nũ erit profecto malum:niſi omni circunſtantia boni priuetur.itaq nec locus|nec tempus|nec modus|nec quicquã alíud in comedendo obſeruetur.quo caſu relinquetur ſolũmodo actus comedendi qui moraliter loquẽdo nec bonus nec malus ẽ. ílle igitur actus qui de ſe nec bonus nec malus erat:relinquetur cum deordinatione oĩum circunſtantiarũ.ſecus ſi malum priuatiue ſumatur.quoniã ſic ex priuatione unius circunſtantie actus efficitur uicioſus:ſecundo;notandum ꝙ malum multifariam eſſe atq infinitum|bonum autẽ eſſe unicũ atq finitum: poterit dupplíciter declarari. uno modo ſi conſideremus bonum in quantum eſt quidam terminus ac finis.ſicut enĩ in diſtantia locali a punto in puntum eſt tantum unica recta linea|oblique uero & recte quoq aberrantes ſunt infinite:ſic igitur in agibilibus uia illa recta que recte ducit in bonum eſt unica:oblique uero & aberrãtes ſunt infinire.uia quidem recta ea dicitur qua nulla poſſit eſſe breuior ac melior.oblique uero ille dicuntur que in eũdem terminũ ducunt:nõ tamen recte:ſed oqlique ílle autem aberrare dicuntur que ad alios|atq diuerſos|& nõnunq̃ ad contrarios tendunt terminos.quod melius patet in diſtantia locali:ubi a punto in puntum ut diximus eſt unica recta linea.infinite uero ſunt oblique que in eiſdem puntis terminat. recte autem que ab uno illorũ puntorũ egrediantur in alium puntũ terminari preter earum unam:eſt impoſſibile.poteſt etiam hoc idem uideri ſi conſideremus bonũ ipm inquantũ adequatur menſure que eſt recta ratio:malum autẽ nõ equale ſed inequale rationi dicitur.modo planũ eſt ꝙ adequari menſure contingit fieri unice.ſ.per equalitatem que eſt unica.inequale uero multifariã eſt.ſ. per exceſſũ ac deffectũ. exceſſus quoq atq deffectus multifariã eſt.contingit eĩm magis & minus excedere.eodẽq modo defficere.uia quidẽ recta qua homo in bonum recte manuducitur eſt ſecundũ rectam rationem agere.at per hoc unica dicitur:ꝙ ubiq ſecũdum rectam rationẽ agere oportet.occaſione precedẽtium dubitaret aliquis.nam ſi uia que ducit in bonum eſt unica:uidetur ꝙ locum nõ habeat conſilium nec electio.ad hoc dicitur ꝙ uia illa recta que recte ducit in bonum nõ facile cognoſcitur:cum ſint alie plures que ab ea inſenſibiliter differant. illa igitur conſilio queritur atq eligitur. quid tamẽ ſi duo ſint equalia.ut duo gubernarores.uel duo doctores|inter quos nulla eſſet differẽtia:dic ꝙ ĩ hoc caſu uterq deberet regere aut docere.& hoc ſimul|aut tp̄oris diuerſibus.uel dic ꝙ ciuitas|uel quecũq cõmunitas cuius illi ſunt partes poterit eorũ unum accipere ſine alterius iniuria.eoq totũ de ſuis partibus diſponere poterit prout ſibi fuerit expediens:ſicut polithicorũ octauo traditur.mihi quidẽ uidetur ꝙ nulla harũ ſolutionũ ſatiſfaciat obiecto.& ideo dicendũ ꝙ bonum eſſe unice| & nõ multifariã intelligẽdũ eſt tenere uerum pro maiori parte:nõ tamẽ uniuerſaliter in oibus.licet eni in uno & eodem raro contingat eſſe diuerſa eligibilia quorũ quodlibet eque ſecundũ rectã rationem fieri queat:id tamẽ eſſe nõ eſt impoſſibile. Eſt ergo uirtus habitus. hic concludit diffinitionẽ uirtutis.& primo facit hoc.ſecundo eam diffinitionẽ manifeſtat. ibi Medioctitas aũt duorũ.dicit primo:eſt ergo uirtus habitus electiuus|conſiſtens in medietate quo ad nos|medietate dico determinata ratione.i.per rationẽ uel a ratione & ut ſapiens.i.prudens determinaret. ſumitur eĩm hic ſapiens nõ pro illo qui ſapit ĩ rerũ cauſis altiſſimis:ſed pro eo homine qui rerũ humanarũ eſt ſapiens.huiuſmodi ẽ homo prudens.in hac quidẽ diffinitione ponuntur quattuor.quorũ primũ eſt genus quod tangit per hoc ꝙ dicit habitus.at per hoc uirtus differt ab effectibus & potẽtiis Secundũ eſt actus uirtutis.& hoc tangit cũ dicit electio.ſicut enĩ infra oſtendeẽ principalis actus uirtutis eſt eligere.& per hoc differt ab intellectiuis hĩtibus quorũ ẽ nõ eligere|ſed intelligere.tertio uero tãgit obiectũ ſiue terminũ actiois p̄ hoc ꝙ dicit ĩ medietate cõſiſtẽs quo ad nos.oſtẽſũ ẽ eĩm ꝙ uirtus ſit medii op̄atrix: & ꝙ tale mediũ nõ ſit ſecundum rem:ſed quo ad nos.q̃rto loco tãgit cauſã bonitatis ĩ uirtute morali

Eſt ergo uirrus habitus electiuus en mediocritate conſiſtens quo ad nos ratione terminata:& ut ſapiens terminaret.

per hoc ꝙ dicit ratione determinata. talis enim medietas per hoc est bona ac uirtuosa
ꝙ secundū rationem determinatur. at per hoc differt a superebundantia & deffectu[
que non secundū rationem[sed preter rationem fiunt. quod uero ultimo addit: & ut
sapiens determinaret: uidetur expositio illius: ratione determinata. quia ratio potest
esse recta & nō recta: ut significaret se intelligere de ratione recta addidit & ut sapi-
ens determinaret. itaq; illa cōiunctio copulatiua. et. expositiue ponitur: idem igitur e-
rit dicere per rationem determinari medium[aut per sapientem. in factibilibus qui-
dem ac in omni genere operabilium est est etiam hoc uerum : ꝙ bonum accipitur se-
cūdum sapientis iudicium. notanda sunt hic sumopere duo que ex dictis philosophi
in hac parte intelliguntur. primo ꝙ agibiliū prima regula[siue mensura sit ratio rec-
ta[aut quōd idem est sapiens: qui rationē rectā habere dicitur. secundo notatur ꝙ ra-
tio sit excellentior quā appetitus[& prudentia quā moralis uirtus quecūq; illa sit. re-
gula eim melior ac excellentior est quē regulatū. cum igitur ratio prudens sit regula
secundū quam accipitur bonitas in appetitu[ac etiam in eius uirtutibus : erit uerum
quod diximus. sed circa prefactam uirtutis diffinitionem occurrūt tria dubia. primo
circa illas duas particulas in diffinitione positas: scilicet electiuus. & ratione determi
nata. nō est eim facile uidere unde illa inferantur. ad hoc dicimus ꝙ illa particula ele
ctiuus sequitur ex eo quod est dictum in fine libri primi ubi determinatum est uirtu
tem moralem(cuius est hec diffinitio)esse in appetitu. appetitus quidem est potentia
nō intellectiua: sed electiua. talis itaq; erit eius uirtus: scilicet habitus non intellecti-
uus: sed electiuus. illa uero particula ratione determinata sequitur ex dictis in capitu
lo huius secundi libri: ubi dictum est opportere igitur secundum rectam rationem a
gere cōmune est[& presuppositum nobis, existat. patet igitur unde ille sequantur par
ticule. de aliis uero particulis diffinitionis dubium non est unde sumantur : cum de
hac ipsa eadem re hic agamus. secundo dubitaret aliquis utrum uirtus sit habitus ele
ctiuus ut dicit textus. & uidetur ꝙ nō. quia electio presuponit consilium: qui uero ha
bet habitum operatur sine ulla mora. at per hoc sine consilio. nam consilium morá re
quirit: ut patet ex libro sexto. ꝙ uero habituatus operetur sine mora patet in cithare
dis[aliisq; similibus. ad hoc dicimus ꝙ uirtus ex electione causatur in nobis. at p hoc
postq; est genita operatur illa eadem que prius: excellentiori tamē modo. itaq; prius cū
mora[& tarditate: postea uero sine ulla fere mora ac tarditate. itaq; hec mora respectu
prioris est imperceptibilis. dicamus igitur ꝙ uirtuosus electiue operatur: illa tamen ele-
ctio est nobis imperceptibilis. uel dic ꝙ electiue dicitur operari ex eo quia talia opera
tur(excellentiori tamen modo)qualia primo electiue operebatur. itaq; prius electiue
nunc uero quasi naturaliter. tertio dubitaret aliquis utrum prudentia(ut est dictum)
sit perfectior quā uirtus quecūq; moralis. & uideretur ꝙ nō. nam finis prudentie ui-
detur esse moralis uirtus. cum eius finis sit appetitum dirigere. finis autem melior ē
quā ea que sunt ad finem. sicut dictum erat libro primo. ad hoc dicimus ꝙ finis bifa-
riam sumitur. uno modo est illud in quod ultimo tanquā in bonum proprium tendit
intentio agentis. alio modo dicitur finis ad cui ex effectu agentis adquiritur [aliqua
utilitas. hoc modo agricola poterit dici finis regis. & homo ac etiam quelibet creatu
ra posset dici finis dei summi creatoris. dicamus igitur ꝙ uirtus moralis est finis pru
dentie: non quidem primo[sed modo secundo finem accipiendo. ;finis autem in pri-
ma significatione multo melior est quam ea que suut ad finem. secus si finem accipi-
as in secunda significatione. quoniā tunc uidemus esse oppositum. bonum itaq; quod
prudentia ultimo intendit est bonum humanum[siue felicitas humana[que (ut libro
decimo demonstrabitur)non in appetitu: sed in intellectu consistere dicitur. quod au
tem finis prudentie sit ultimus hominis finis patet per hoc quod libro sexto(ubi de
prudentia agitur)prudens dicitur non qui circa sanitatem[aut nauis gubernatioēm
recte consiliatur. sed ille qui circa totam uitam. patet igitur ꝙ prudentia sit excellen-
tior quam uirtus moralis quecunq; illa sit. & ꝙ uirtutem esse finem prudentie huic
dicto nihil impediat: & quod dictum est de prudentia per comparationem ad uirtu-
tem: uidetur esse dicendum de ratione pratica per comparationem ad appetitum. in-
tellectus itaq; appetitum disponit non tanquā id ultimo intendat: sed id facit ut per
inde in sui ultimā perfectionē uenire queat. que est sūme sapientie operatio. & com-
mēdabis hec mēti. quoniā ut puto ex his maxima pēdet phie pars. sed de his hactenus.

Mediocritas aūt. manifestat prefactā diffōnem. circa qđ tria facit. primo ostēdit respectu quorū uirtus dicator medietas· secūdo ostēdit respectu cuius attēdatur excessus|deffectus & medietas. ibi Et etiā quia. tertio inferr ex dictis quoddā corolariū ibi Quapter fm̄. dicit primo: est aūt uirtus medietas duorū uiciorū. s. alterius fm̄ excessum: alterius fm̄ deffectū. sicut fortis qui est medius inter temerariū & timidū. codē ꝙ modo se habet in ceteris uirtutibus. ex hac littera phī notatur ꝙ uirtus nō sit mediū inter bonū & malū ut aliqui putāt: sed est mediū inter duo uicia quorū unū peccat per excessū|alud uero per deffectū. cōparata igitur uirtus ad excessū & deffectū ē medietas. si uero ad bonū & malū referatur: nō medietas|sed exrremitas dicitur. cōtinetur eīm sub bono. & quāto magis est in medio: tāto magis malo opponitur. si quidē uirtus eēt mediū inter bonū & malū ut insipiētes putāt. iā uti ꝙ uirtus nō eēt pure bona: sed in parte bona & in parte mala. qđ de uirtute nullus unq̄ sapiens cōcederet. Et etiā. ostendit respectu cuius attēdatur excessus|deffectus & mediū. s. dic & melius ꝙ postquā ostēdit uno modo ꝑpter quid uirtus sit mediocritas: quia. s. est mediū iter duo extrema: hic ostēdit aliud ꝑpter qđ etiā dicatur mediocritas. dicit ergo & etiā|Intellige est alia ratio ꝑpter quā uirtus mediocritas dicatur: s. quia alia excedūt| alia deficiūt magis quā opportet in affectibus. s. interioribus & actibus exterioribus: uirtus aūt mediū inuenit atq; eligit. inuenit quidē per rōnem eligit autē per uoluntatē. uel dic ꝙ inuenit prout est in intellectu|elegit aūt prout est in uolūtate. ex hac littera cū precedēte duo notātur. unū est ꝙ uirtus dicatur mediocritas ꝑpter duo. primo propterea ꝙ sit mediū inter excessū & deffectū. itē quia mediocritatis sit operatiua. s. eius qđ opportet. id eīm qđ opportet a ratione determinatū hic & in aliis locis nō paucis a phō mediocritas dicitur. erit itaq; uirtus mediocritas iuter excessū & deffectū. tū etiam quia eius qđ opportet sit opatiua. secūdo notatur ꝙ uirtus hic a phō sumitur pro facultate cōstituta ex intellectiua atq; morali uirtute qđ per hoc patet qđ dixir inueit atq; elegit mediū Quapptet fm̄. infert ex dictis corolariū quoddā aduersus eos insipiētes qui putāt ꝙ uirtus sit boni mediocritas|& nō boni sūmitas; quasi uirtus ut illi putāt sit mediocritas inter bonū & malum. phs ergo aduersus illos dicir: quapptet uirtus mediocritas est fm̄ substantiā. i. essentiā & rōnem. i. diffinitionē dictantem. i. dicentē quid illa sit. fm̄ uero cōmendationē probitatis. i. bonitatis: uirtus non est mediocritas: sed sūmitas. itaq; uirtus si consideretur quantū ad essentiā & diffinitionem prefatā q̄ uirtutis essentiā dicit: erit mediocritas inter excessū & deffectū: quorū utrūq; est malū. si tamē cōsideretur uirtus quantū ad bonū qđ in ea probatur siue laudatur: nō mediocritas: sed sumitas dicitur. pro istorū maiori euidētia sūt hic aliqua notāda primo ꝙ licet hoc corolariū sequatur ex prefatis: presertim sequetur ex illa parte mediocritas aūt. ubi patet ꝙ uirtus nō sit mediū inter bonū & malū: sed inter excessū & deffectū quorū utrūq; est malū. secūdo notandum ꝙ phs hic tacite excludit duos errores. unus est eorū qui putāt ꝙ uirtus sit mediocritas inter bonū & malū. alius est eorum qui putāt ꝙ uirtus sit mediū uel mediocritas inter parū & maximū bonū. contra quos phs directe dicit ꝙ uirtus est boni sūmitas. & qđ de uirtute dicit de eius quoq; opatione intellige. itaq; nomē uirtutis nō solū pro habitu: sed etiā pro actu hic sumi poterit. tertio notandū ꝙ nomē mediocritatis bifariā poterit capi: uno modo pro re q̄ inter duo extrema cadit. alio modo dicitur cuiuscūq; rei media pars. uirtus quidē mediocritas dicitur in primo modo|nō aūt i secūdo. no est itaq; uirtus moralis boni medietas uel mediocritas: sed mediocritas dicit in quantū mediat inter excessū & deffectum. atq; rationi adequatur|idq; opatur qđ oportet. cuius simile ponit phs in libro q̄rto tractādo de magnanimitate: ubi dicit est itaq; magnanimus magnitudine quidē sūmus: eo aūt qđ opportet medius. nā uti dignus ē: ita se existimat. simile igitur hic philosophus dicit de uirtute. magnitudine quidē bonitatis uirtus sūmitas est: eo autē qđ.

Mediocritas autem duorum uiciorum alterius secundū excessum alterius secundum deffectum. Et etiam quia alia excedunt alia deficiunt magisq̄ oportet in affectibus & actibus. Virtus autē medium inuenit atq; eligit.

Quapter secundū substantiā & rationem

opportet medietas dicitur. in quantū. s. id qđ opportet & ut recta dictat ratio opatur quarto notādū ꝙ aliqui mouēt hic questionē utrū uirtus sit medietas aut cōtrarietatis extremitas. ueritas quidē huius questiōis est ꝙ uirtus in ea cōtrarietate q̄ est īter excessū & deffectū est medietas. cuius cōtrarietatis genus erit qualitas aut habitus. ī ea uero cōtrarietate q̄ est inter bonū & malū uirtus nō medietas sed extremitas dicit̄ itaq; in genere nature qđ est qualitas uirtus est mediū ī genere aūt moris extremitas reperit̄. hec tamē questio ad ꝓpositū nō est. qm̄ nō erat hic phi intētio ostēdere ꝙ uirtus esset cōtrarietatis extremitas: sed illis tantū obuiare intēdebat qui putāt ꝙ uirtus nō sit bonitatis sūmitas. credētes ꝙ sit mediocritas inter bonū & malū aut inter paruum & maximū bonū. illis aūt qui in hoc loco hāc mouēt questionē occasio errādi ut credo fuerat antiqua traductio q̄ illic extremitas dixit ubi aretinus sūmitas. cū itaq; aristoteles loqueret̄ de extremitate bonitatis: expositores illius traductiois antique intellexere de extremitate contrarietatis.

quid illa sit dictantem mediocritas est uirtus secundū uero cōmēdationē ꝓbitatis sūmitas.

uolebat eīm phs dicere ꝙ hec uirtutis mediocritas nō impedit quin uirtus sit extremitas ac boni sūmitas. nō paucas igitur nec paruas gratias habemus atq; debemus aretino qui in hoc sicut in aliis quā pluribus ꝓprie ac lucide traducēdo hāc & huiusmodi ambiguitates substulit ac penitus deleuit. dubitat̄ hic utrū uirtus comparata ad rationē dici debeat mediocritas aut cōtrarietatis extremitas. ad hoc dicūt aliqui ꝙ uirtus ad rationē cōparata est cōtrarietatis extremitas: si uero comparetur ad id qđ opportet: erit mediocritas. sed isti incidūt in metā redargutioīs. qm̄ opportet eos aut cōcessū negare aut negatū cōcedere. cū eīm id qđ opportet sit mediū per hoc solū ꝙ a ratione determinat̄: ipa profecto ratio erit magis mediū q̄m id quod opportet. itē oīs regula est mediū respectu cuius excessus atq; deffectus. accipitur prima quidē regula agibiliū est ratio. preterea excessus & deffectus sicut per hoc ꝙ deuiant a ratione cadūt sub altero cōtrarietatis extremo. s. sub malo. sic etiā per hoc ꝙ deuiāt ab eo qđ opportet. si igitur excessus & deffectus cōparati ad id qđ opportet: sub altero cōtrarietatis extremo cōtinētur. s. sub malo: sic etiā & uirtus cōparata ad id qđ opportet: erit sub altero extremo. s. sub bono. patet igitur ꝙ uirtus & extrema eodem fere modo se habēt ad rationē & ad id qđ opportet. itaq; illi qui dicūt ꝙ uirtus cōparata ad id qđ opportet est mediocritas: debēt etiā necessario dicere ꝙ si cōparetur ad id qđ opportet: nō est mediocritas. sicut eīm diximus per hoc uirtus est bonū ꝙ ei qđ opportet adequatur. & per hoc extrema sūt mala: ꝙ ab eo qđ opportet deuiāt. & sic talia dicēs erit in meta redargutiois. dicamus igitur ꝙ uirtus siue cōparetur ad rationē siue ad id qđ opportet poterit esse & medietas & cōtrarietatis extremitas. nā rō quidem bifariā cōsideratur. uno modo ut est mediū inter excessū & deffectū. & hoc modo uirtus ei adequata mediū dicitur. alio modo consideratur in quantū est id a quo excessus & deffectus per inequalitatē defficiūt. itaq; utrumq; se habet non ut excessus nec ut deffetus. sed ut inequale. & hoc modo uirtus adequata rationi nō medietas: sed extremitas dicit̄. qđ aūt de ratione diximus: etiā de eo qđ opportet intelligimus. aduertendū tamē ꝙ hec distinctio magis est ut cauillatoribus respōdeamus q̄m ut aristotelē intelligamus. nusquā eīm prout credo inueniemus ꝙ phs uirtutē dixerit extremitatē: frequētissime aūt medietatē. dubitatur etiā hic utrū uirtus & uicia ex ratiōe spēm sortiātur. ad hoc dicūt aliqui ꝙ nō. & de uirtute sic probāt: qđ est extrinsicū nō cōstituit spēm. ratio aūt est causa extrinsica uirtuti. de uiciis aūt probāt per hoc ꝙ uicia deuiāt a ratiōe per accidēs. eo ꝙ intētio nostra sit ſm̄ rationē agere. a rōne itaq; deuiamus pter intētionē. & sic per accidēs. ab eo uero qđ est ꝑ accidēs nihil poterit spēm habere. mihi quidē uidetur ꝙ hec rōnes nō cōcludāt. patiūtur eī instātias. patet de prima. nā relatioēs ex termino sortiūtur spēm. habitus & potētie ex obiecto. & etiā ſm̄ illius opinionis fautores accidētia absoluta ex subiecto. hec tamē oīa extrinsica sūt speciei siue rei essētie. nec etiā secundū eorū dictū uidetur uerū. casus enī reponit̄ in spē casus per errorē & ab eo qđ est per accidēs. casus eī sicut dicitur in sexto methaphisice ē error cause per se. oīa itaq; entia ꝑ accidēs causant̄ ex eo qđ est preter intētionē & ꝑ accidēs. cū igit̄ uicia sint entia ꝑ accidēs: necessario sortiētur spēm ab alio qđ est ꝑ accidēs

mihi quidẽ uideť φ si bonitas uirtutis ex rõne trahiť: φ etiã bonitas specifica inde origine habet. & hoc per se. uicia aũt cum sint entia per accidẽs: sic etiã per accidẽs ex rõne dicũtur habere spẽm. sed de his attenus. Nõ tamẽ oĩs actus. hec est pars ultia huius capituli. in qua ostẽdit φ nõ in omni actu & affectu sit medietas illa q̃ ẽ uirtus. & primo premittit intentũ dicẽs nõ tamẽ oĩs actus exterior nec oĩs affectus interior recipit mediocritatẽ. ibi Nam sũt quedã. probat id qđ proposuit. & primo per rõnem q̃ talis est illa q̃ statim ut noĩata sũt: habẽt sibi annexã prauitatẽ: nõ recipiunt mediocritatẽ. sed affectus quidã & etiã actus sũt huiusmodi. ergo & cetera. huius rõnis pħs ponit primo primã ꝑpositionẽ absolute tanquã per se manifestã. secũdo ponit secundam ꝑpositionẽ cum eius probatiõe. ibi ut maliuolẽtia & cetera. & hoc est qđ pħs dicit nam sũt quedã que statim ut noĩata sũt: prauitatẽ cõnexã habẽt. ut maliuolẽtia q̃ est uoluptas de malo alterius sine emolumẽto suo. & impudẽtia q̃ est cũ homini nec mala cõmittere nec de cõmissis malis pudet. huius etiã generis est inuidẽtia. que ẽ egritudo ꝑpter alterius res secundas. i. prospetas q̃ nihil noceant inuidẽti. & in actibus stuprũ. i. adulteriũ aut mechia pro genere quidẽ spẽm posuit. ẽ eni stuprum ꝑprie uirginũ raptus. hic tamẽ pro omni illicito coitu uideť accipi. uel dic φ sic ꝑprie ut iacet accipiť. & huius generis sũt furtũ & homicidiũ. nam cuncta hec & huiusmodi ita dicunť. i. nominanť: quasi mala ipsa sint: & quasi nõ sint excessus aut deffectus ipsorũ. itaq3 nõ ipsorũ sed ipsamet sunt excessus aut deffectus. si eĩm ipsorũ essent excessus aut deffectus: iam essẽt ipsa mediocritates. qđ manifeste apparet esse falsũ. & ex his cõcludit dicẽs: nunquã ergo dať. i. nunquã ergo est possibile recte facere ĩ illis. s. prefactis affectibus & actibus sed semp delinquiť. nec in illis est qm̃ opportet: & quãdo & ut opportet: sed simpliciter. i. uniuersaliter ac semp delinquiť. Eodem modo. hic secũdo manifestat idẽ per exẽpla in aliis uiciis. & dicit eodẽ modo dicendũ ẽ de iniuria & ignauia. i. insipiẽtia & de luxuria. nã si diceremus aliter. s. φ hec prefacta possent recipe mediocritatẽ: excessus esset. i. esse posset mediocritas. & similiter deffectus sequereť etiã φ ipsius excessus esset alius excessus. ipsius quoq3 deffectus esset alius deffectus. quorũ qđlibet est impossibile. Sed queadmodũ. hic tertio manifestat idẽ per simile ĩ uirtutibus. & dicit sed queadmodũ tẽperãtie & fortitudĩs nõ est excessus nec deffectus (qđ patet per hoc φ ipsemet sũt medie & supreme in bonitate. in medietate uero nec excessus nec deffectus reperiť. nec ultra id qđ est supremũ aliud supius esse poterit) queadmodũ inquã nec tẽperantie nec fortitudinis est excessus nec deffectus: sic nec illarũ rerũ quas supra diximus mediocritas est nec excessus nec deffectus: sed utrũq3. i. quocũq3 modo illa facias: delinquis. excessus eĩm & deffectus nulla oĩno ẽ mediocritas. nec ipsius mediocritatis est excessus aut deffectus. intelligenda sũt hic duo. primo φ oĩs affectus uel actus qui fiat preter rõnem: statim ut noĩatur est malus. quia igiť maliuolẽtia impudẽtia inuidẽtia stuprum furtũ & homicidiũ sũt huiusmodi: inde est φ statim ut noĩantur prauitatẽ habẽt anexã: affectus etiã & actus qui sũt indifferẽtes ad bonũ & malũ si nõ fiãt ſm̃ rõnem praui sũt: ꝑ hoc solũ φ ſm̃ rõnem nõ fiũt. secũdo notãdũ φ mediocritatẽ nõ hr̃e excessũ nec deffectũ intelligiť intra se. ita φ ipsa diuidať in mediũ & excessũ ac deffectũ. hẽt tamẽ mediocritas excessũ & deffectum

Non tamẽ oĩs actus nec oĩs affect⁹ mediocritatẽ recipit. Nã sũt quedã que statim ut nominata sũt prauitatẽ cõnexã habẽt: ut maliuolẽtia impudẽtia inuidẽtia. Et in actib⁹ stuprũ furtũ homicidiũ. Nam cũcta hec & huiusmodi ita dicũtur: quasi mala ipsa sint nõ quasi excessus aut deffectus ipsorũ. Nunq̃ ergo in illis recte facere datur sed semp delinquitur. Nec in illis est q̃ opportet & quãdo opportet & ut opportet. Sed simpliciter ĩ quolibet istorũ delinquitur. Et eodẽ modo dicendũ est de iniuria & ignauia & luxuria: nam si aliter diceremus: esset excessus & deffectus medrocritas & excessus: excessus & deffectus: deffectus. Sed queadmodũ tẽperãtie & fortitudinis nõ est excessus neq3 deffect⁹ quoniã ipe medie

tanqnã extrema extrinsica ad q̃ cõparatur. eodẽq; modo de extremis dicẽdũ est. excessus eĩm aut deffectus nõ habet intra se medioctitatem: bene tamẽ extra se: sicut patet ex superius dictis.

Ed opportet sermonẽ. istud ẽ tertiũ capitulũ. in quo diffinitio uirtutis manifestat in singulis uirtutibus. circa qd' tria facit. primo ostendit hoc esse necessariũ. secũdo prosequit intentũ ostendẽs p singula ꝙ mediũ sit laudabile extrema uero uituperabilia. ibi Circa timores igit. tertio exẽplificat in affectibus ostẽdẽs quosdã eẽ laudabiles & alios uitupabiles. ibi In affectibus quoq;. dicit ergo primo: sed oppottet coaptare sermonẽ nr̃m nõ modo. i. nõ solũmodo ad genus uniuersũ. i. uniuersale: uerũ ad singula. i. singularia. uel dic singula minus cõmunia. s. spẽs q̃ respectu generis singuleria dici poterũt. causam huius subdit dicẽs in uerbis enim q̃ de actibus. s. humanis habent uniuersalia quidẽ cõmuniora existũt: particularia aũt ueriora idest efficaciora aut dic ueriora idest utiliora. nõ eĩm sumit hic ueritas prout falsitati opponit. q̃m sic ut patet ex dictis i principio i capitulo secũdo: magis uera sunt uniuersalia q̃m singularia. uerba itaq; particularia dicũtur hic ueriora. i. utiliora uel efficaciora. cuius causa est quia actus ipi sũt circa singularia tã quã circa materiã uel obiecta. quos certe actus opportet cõsonare. i. cõcordare his. s. singularibus circa q̃ uersant. itaq; sicut obiecta sũt singularia: sic etiam actus ipi. hec igitur. s. singularia sũt nobis cõprehendẽda. hoc est in cõpendio tradẽda & describẽda. hoc est per eorum descriptiones notificãda. itaq; in hoc capitulo singulas uirtutes earũq; obiecta itẽdimus in sũma cõprehẽdere atq; describere. Circa timores igitur & audatias. hec est secũda pars huius. in qua prosequitur describẽdo & notificando singulas uirtutes earũq; obiecta. & habet hec pars sex partes. nam primo loquit de fortitudine. secundo de tẽperãtia. ibi Circa uoluptates uero. tertio de his uirtutibus q̃ sunt circa diuicias. ibi Circa dãdas capiẽdasq;. quarto de illis q̃ sũt circa honores. ibi Circa honorẽ. quinto de ea uirtute q̃ est circa irã. ibi Est & circa irã. sexto tangit eas uirtutes q̃ respiciũt que sũt circa hominũ cõuersationẽ. ibi Sunt & alie tres. dicit ergo primo circa timores igitur & audatias fortitudo est mediocritas. excedentiũ uero qui excedit in non timẽdo: est sine noĩe: multa eĩm sũt sine nominibus. & presertim illa q̃ raro contingũt: cuiusmodi est ille qui excedit in nõ timẽdo. qui uero in audẽdo excedit: ferox est. sed qui in timendo excedit & in audendo deffecit: timidus est. ex dictis philosophi i hoc loco tria notantur. primo diffinitio fortitudinis eiusq; extremorum. secundo materia siue obiectum eorum. tertio notatur ꝙ aliqua differentia sit inter audere & nõ timere. Circa uoluptates uero & dolores. ostendit quid sit temperantia & quid eius extrema. & dicit circa uoluptates uero & dolores nõ oĩs quidem: sed eos qui in cibo potu & coitu consistunt: minus autẽ circa dolores quã uoluptates: circa hec inquã est temperantia media. excessus autẽ intẽperantia. defficientes uero in uoluptatibus uix reperiuntur. itaq; nec nomen quidem sortiti sunt. sed uocentur insensati: quasi sensum non habentes. qui eĩm defficiunt circa huiusmodi uoluptates alia causa non uidetur: nisi quia eas nõ sentit. nec est instantia de uirginitate aut de uoto perpetue cõtinentie & de aliis huiusmodi que deffectus dici non poterunt. cum secundum rectã fiant rationem. & ex his sicut prius facile quisq; scire poterit quid temperãtia & eius extremi dicantur. & que etiam sit eorum materia. Deinde cum dicit.

sũt: & supreme sic nec illarum quas supra diximus mediocritas est: neq; excessus & deffect⁹ sed ut cũq; illa facias delinquis. Excessus eĩm & deffect⁹ nulla oĩno est mediocritas neq; mediocritatis ipius excessus est aut deffectus.

Ed opportet sermonẽ nr̃m non ad uniuersũ modo genus uerũ ad singula coaptare. In uerbis eĩm q̃ de actib⁹ habẽtur uniuersalia quidẽ comuniora particularia aũt ueriora existũt. Nã & act⁹ ipi circa singlaria uersãtur quos certe his cõsonare opportet. Cõprehendẽda igitur & describẽda hec sũt. Circa timores igitur & audacias fortitudo mediocritas est. Excedentiũ uero qui nõ timẽdo ex-

Circa dandas.proſequitur de uirtutibus que ſunt circa peccunias.& primo de libe ralitate.ſecundo de magniſicentia.ibi Sunt & alie.dicit primo ꝙ liberalitas ē media circa dandas & accipiendas peccunias:intellige in paruis ae moderaris que quotidie expendenda occurrunt.exceſſus uero & deffectus ex una parte eſt prodigalitas ex alia auaricia.que contrario modo exeedunt ae deffíciunt.nam prodigns quidem in erogã do excedit in capiendo deffecit.auarus autem in capiendo excedit & in erogãdo deffe cit.ſed nunc ſumatim & per figurã.i.per exempla.uel dic per figurã.i.imperfecte de ipís dicimus.poſtmodũ.ſ.libro quatto & quinto ttactabimus diligentius de ipís.ſ. liberalitate & eius extremis : paret igitur ex his quid liberalitas quid prodigalitas & quid auaricia dicatur.& etiam que ſit eorum materia. Sunt & alie. oſtendit quid ſit magnificentia & quomodo differat a liberalitate.dicit ergo:ſunt & alie circa peccunias diſpoſitiones.medioeritas quidem eſt magnificẽtia.magnificus eĩm differt a liberali.nam hic ſcilicer magnificus circa magna uerſatur: ille.ſ.liberalis circa parua. exceſſus quidem magnificenrie eſt inexplebilis & uulgaris uentoſiras.*deffectus* uero modiciras appellarur:differũt autem hec ab his ſcilicet exceſſu & deffectu q̃ ſũt circa liberalitatem.ſed quomodo differant dicetut poſtea ſcilicet libro quarto. ex his planum eſt que ſit diffinitio magnificẽtie eiuſq; extremorũ.& que etiam ſit eorum materia. Circa honorẽ. hic proſequitur de his uirturibus que ſunt circa honores.& primo de magnanimitate.ſecundo de ea uirtute que ſe habet ad magnanimitarẽ ſicut liberalitas ad magnificentiam. ibi Vt aurem diximus. & dicit eirca honorem etiam & inhonorationem magnanimitas ē media.exeeſſus autem inflatio dicitur:deffectus uero puſillanimitas.paret igitur quid ſit magnanimitas & eius extrema que ue eorum materia ſiue obiectũ ibi Vt aurem diximus. oſtendit que ſit ea uirtus que ſe habet ad magnanimitatem ſieut liberaliras ad magnificentiam. & primo facit hoc. ſecundo oſtendit ꝙ circa honores neceſſario ſit alia uirtus preter magnanimitatem.ibi Eſt eĩm.dicit primo ut autem diximus ſe habere ad magnificentiam liberalitatem & circa parua differre idest per hoc ab ea differentẽ:ꝙ eſt eirca parua illa uero circa magna :ſic ſe haber quedam alia uirtus ad magnanimitatem circa honores magnos exiſtentem:illa uero circa paruos exiſ ***.& ex his ſatis patet que ſit huius uirtutis inominate diffinitio. q̃ etiã ſit eius ma

cedit:ſine nomine eſt.Multa uero ſũt ſine nominibus.Qui uero audẽdo excedit:ferox: ſed qui in timendo excedit & in audendo defficit timidus eſt. Circa uoluptates uero & dolores nõ oĩs quidẽ ſed minus circa dolores media eſt tẽperantia.Exceſſus autẽ intemperãtia defficientes ueto in uoluptatibus uix repetiũtur.Itaq; nec nomẽ quidem ſortiti ſunt:ſed inſenſati uocentur. Circa dandas capiendaſq; peccunias media eſt libetalitas. Exceſſus uero & deffectus hinc prodigalitas. Illinc auaricia que inter ſe contrarie excedunt:& defficiunt. Nam prodigus quidem in etogando excedit ĩ capiendo defficit.Auarus aũt in capiẽdo excedit:in erogãdo defficit.Sed nũc ſũmatim & p figurã dicimꝰ poſtmodũ diligẽtiꝰ de ipís tractabimus. Sũt & alie circa peccunias diſpoſitiones mediocritas ueto eſt magnificentia. Magnificꝰ eĩ differt a liberali.Hic eirca magna:ille circa parua uerſatur.Exceſſus eſt in explebilitas:& uulgaris uentoſitas deffectꝰ uero mediocritas.Differũt aũt hec ab his q̃ circa liberalitatẽ ſũt.Sed quomodo differãt poſtea dicetur. Circa honorẽ & inhonoratiõẽ media eſt magnanimitas Exceſſus aũt inflatio dicitur deffectꝰ uero puſillanimitas. Vt aũt diximꝰ ad magnificẽtiã ſe habere liberalitatẽ & circa parua differre. Sic ſe habet alia quedã ad magnanimitatem circa honores magnos

tercia.ibi.· Est eim.ostendit ꝙ circa honores necessario fit alia uirtus preter magnanimitatem. & dicit ꝙ autem sit talis uirtus patet:quia est.idest contingit cupere honores:scilicet paruos magis & minus quã opportet & ut opportet.ĩ quibus uero hec sũt & medium & extrema quoqȝ inueniuntur.at per hoc uirtus. uocatur autẽ qui excedit honoris cupiditate ambitiosus.qui autem deffecit remissus.medius autẽ ĩnominatus est.cuius causa est quia ipe dispositiones a quibus sunt nomina concreta sũt ĩnominate.ĩnominate dico sunt preter ambiciosi dispositionẽ que dicitur ambitio. nec obstat ꝙ sit nomẽ remissus.nam ab eo nõ deriuatur remissio:cum in significatione nõ cõueniant.unde idest ex ista causa scilicet quia medius est ĩnominatus extremi scilicet ambitiosus & remissus certant:idest contendunt de media regione.itaqȝ eorum quilibet dicit se esse medium at per hoc uirtuosum.& loquitur hic philosophus methaphisice.sicut eĩ finitime ciuitates quando nõ ẽ certus terminus ac prefixus ipsarum regionum:consueuerũt de media regione contendere : sic igitur eũ in proposito. extremi eim certãt de mediocritate tanquã illa ex eo ꝙ est innominata sit deserta atqȝ uacua.est etiã alia causa propter quã illi de medio certent:quia nos qñqȝ ambitiosũ dicimus mediũ & qñqȝ remissũ.& modo.i.aliqñ unum & modo.i.aliqñ alterũ laudamus. id aũt cur accidat:dicet in seqñtibus.s.i libro quarto ubi dicet interdum uero laudamus ambiciosum quasi uirilem ac glorie cupidum. & interdum remissũ quasi humanũ & modestum laudamus.hoc igitur in eum differatur locum . nunc de aliis que restant uirtutibus dicamus eodem modo : scilicet in sũma ac ueluti per figuram. Est & circa iram.prosequitur de his dispositionibus que sunt circa iram.dicit ergo & circa iram ẽ excessus & deffectus & mediocritas.sed sunt fere ĩnominata:quia nomina propria nõ habent:sed aliunde accõmodata.uel dic fere ĩnominata:quia ut plurimũ nomina nõ habent.sunt enim pauci apud quos illa nominentur.cuius causa ut credo est: quia secũdum cõmunem opinionem & presertim stoicorum ita est secundũ se mala.aristoteles tamẽ cuius opinio fuerat contraria medium appellat mansuetum & mediocritatẽ ipam mansuetudinẽ. qui uero excedit iracundus ab eo nominatur. & excessus ipe iracundia. qui autem deffecit segnis idest piger ac tardus & deffectus ipe segnicies appellatur.patet igitur quid sit mansuetudo.est eĩm mediocritas circa iram.simili modo diffinire poteris eius extrema. Sunt & alie tres medietates.prosequitur de tribus uirtutibus que uersãtur circa humanam cõuersationem.& primo ostendit earum cõuenientiam & differentiam.secũdo exemplificat in earum singulis.ibi Circa uerum igitur. dicit ergo primo sunt & alie tres mediocritates similitudinẽ quandã habentes inter se differunt tamẽ ab inuicẽ.ꝙ aũt cõueniant patet quia oĩs sunt circa uerborum & actuum exteriorũ cõmunionẽ:hoc est circa actus & uerba que circa quotidianã hominũ cõmunionem uersantur.sed in hoc idest per hoc differunt ꝙ una earum est circa uerum : alie circa delectabile.& hoc partim in ioco ut comitas:& partim in cunctis delectabilibus que ad uitam pertinent.& heç ut iam patebit est amicicia.igitur de his quoqȝ dicendũ est

existentem illa circa paruos. Est eim honores cupe ut opportet:& magisq̃ opportet:& minus Vocatur aũt qui cupiditate honoris excedit ambiciosus qui aũt defficit remissus medius autem ĩnominatus est Nam & dispositiones ipe innomiate sunt preterq̃ ambiciosi ambicio.Vnde certant extremi de media regione Et nos mediũ quãdoqȝ ambiciosũ dicimus q̃ndoqȝ remissũ.& modo unũ & modo alterũ laudamus.Id cur accidat in sequentibus dicemꝰ. Nunc de aliis eodem modo dicamus. Est & circa iram excessus & deffectꝰ & mediocritas sed sunt fere ĩnominata.Medium tamẽ mãsuetum & mediocritatẽ ipam uocamus mansuetudinem.Qui uero excedit iracundus:& excessus ipe iracundia.Qui aũt defficit segnis & defectus ipe segnicies appellatur. Sunt & alie tres mediocritates similitudinẽ quandã inter se habentes differũt tamẽ ab inuicẽ.Oĩs eim

ut appareat mediocritatem esse in omnibus laudandã:extrema uero nec recta nec laudabilia:sed reprehensione digna. sunt etiam istarum plereq̧ inominate. cognandũ tamen est in his nomina fingere:sicut in plerisq̧ aliis facimus.& hoc gratia declarationis & intelligentie.ex dictis philosophi in hoc loco duo notantur.primo per id quod dixit ut magis appareat & cetera notant aliqui ꝙ philosophi intentio principalis in hoc capitulo est manifestare per exempla in singulis uirtutibus ꝙ mediocritas eẽt laudanda: extrema uero uituperabilia ac reprehensione digna. secundo notatur ꝙ gratia declarationis & intelligẽtie licitum sit nomia fingere.hoc idem ponit in sexto polithice quasi in fine. Circa uerum igitur. exẽplificat.& primo de ea que ẽ circa uerum:dicens circa uerũ igitur uerborum scilicet & opera medius quidem grauis medioeritas ipa grauitas appellatur. simulatio autem si excedit:uanitas.& qui illa utitur uanus.& si defficit ironia.& qui illa utitur ironicus dicitur. Circa delectabile. exemplificat de uirtute que est circa iocum dicens circa delectabile autem in ioco scilicet existens medius est comis.& dispositio ipa cõmitas. excessus uero scurrilitas. & qui ea utit̃ scurra. deffectus autem rusticitas.& qui ea utitur rusticus.ibi In reliquo autem. exemplificat de alia dicens in reliquo autem delectabili quod uersarur ĩ uita fere tota: q ut opportet iocũdus est:amicus dicitur. & mediocritas amicicia. sic dicta non ab effectu amandi:sed a decenti cõuersatione. unde amicicie nomẽ bifariam sumitur. uno modo ab effectu amandi.& sic de amicicia ttactatur libro octauo & nono.alio modo dicitur a decenti cõuersatione huminum. & sic de ea hic & libro quarto consideramus. in qua ille qui excedit si nullius utilitatis gratia facit:lasciuus dicitur. & iste proprie opponitur huic uirtuti. si sui lucri causa facit:dicitur adulator. & iste potius iustitie quam huic uirtuti opponitur .qui autẽ defficit & in cunctis molestus est:contentiosus & inhumanus uocatur. & ex his facile est scire que sint diffinitiones istatum trium uirtutum.& suorum extremorum que etiam dicatur earum materia. In affectibus quoq̧. hec est ultima pars huius capituli.in qua ut melius appareret ꝙ mediocritas sit laudabilis & extrema uituperabilia:exemplificat in affectibus qui uidẽtur esse laudabiles.& facit tria:primo loquitur de uerecundia.secundo de indignatione.ibi Indignatio autem.tertio dicit de iustiria & prudentia esse dicendum postea.ibi De iustiria uero.dicit ergo primo in affectibus quoq̧ sunt mediocritates.nõ quidem per hoc ꝙ secundũ ratione fiant:sed ipi secũdũ se atq̧ ex ꝑpria specie habent ꝙ sint mediocritates .nam uerecundia quidẽ nõ est uir[illegible] libro q̃rto demõstrabitur:laudatur tamẽ uerecundus. qm̃ is.i.iste.s.uerecũdus

sunt circa uerborum & actuum cõmunionem Sed in hoe differunt ꝙ una earum est circa uerum:alia circa delectabile & hoc partim in ioco:partim in cunctis que ad uitam pertinent. Igitur de his quoq̧ dicendum est ut appareat mediocritatem in oĩbus esse laudandam. Extrema uero neq̧ recta neq̧ laudabilia:sed rep̃hensione digna. Sunt etiam istatum plereq̧ innominate. Conandum tamẽ est ut in aliis nomina fingere declarationis & intelligẽtie gratia. Circa uerum igitur medius quidẽ grauis:& mediocritas ipa grauitas appellatur. Simulatio autem si excedat uanitas & qui illa utitur uanus & si defficiat ironia & qui illa utitur ironicus dicitur. Circa delectabile autem in ioco melius est comis & dispositio ipa comitas excessus uero scurtilitas & qui ea utitur scurra. Deffectus autem rusticitas :& qui ea utitur rusticus. In reliquo autẽ delectabili quod in uita uersatur qui ut opportet iocundus est amicus : & mediocritas amicicia. Qui excedit si nullius gratia lasciuus:si sui lucri causa facit hoc adulator. Qui autem defficit:& in cunctis molestus est contensiosus & inhumanus uocatur. In affectibus quoq̧ & circa ipos medioeritates sunt. Nam uerecun-

dicitur medius.qui uero excedit & in cunctis ueretur:pauidus dicitur.qui autē deffecit & in nullis aut paucis ueretur:impudens uocatur.aduertendū est hic ꝙ illa que fiunt ex uetecundia uel ex aliquo altero affectu laudabili sunt bona ac laudabilia non quidē formaliter sed materialiter.per hoc scilicet ꝙ sunt similia his que secundū rectam fiunt rationē.formaliter quidē nihil est bonum ac laudabile: nisi quod actualiter fit secundū rectā rationē. Indignatio autem.prosequitur de indignatione.& dicit indignatio autem media est inter inuidiā & peruersū gaudium. uersatur autē circa uoluptatē & dolorē prouenientem ex his que proximis scilicet hominibus contingunt.natura eīm omnis homo omni homini dicitur proximus.indignans eīm moleste fert cum prosperitas est idest inest alicui homini indigno.dolet itaq; indignans cū

Mbiget uero. capitulũ q̃rtum ĩ quo mouetur & soluitur questio utrum alicui uolenti fiat iniuria: tres continet partes. primo mouetur questio, secundo arguit. tertio soluitur. secunda ibi nam agendo. tertia ibi uel nõ recta. circa primum tria facit. primo mouet questionem in genere dicens aliquis posset ambigere an circa faciendum patiendumq; iniurias sit determinatum sufficienter an aliquid supersit determinandum. ibi primum quidem. mouet questionem magis in specie in quo etiam tangit materiam & occasionem dubirandi. dicens primo dubitabit aliquis an ita esse poterit quemadmodum euripides poeta loquens in persona aimeonis dicebat quomodo ego ipse matrem occidi meam! & est breuis sermo idest responsio ꝙ siue ego fecerim uolens siue nolens: ipsa tamen uoluntate sua a me occisa est. ibi utrũne format aduc magis specifice questionem: dicens quia ita inquam est dubium est utrumne re uera alicui uolenti iniuria fiat uel non: sed omne tale scilicet quod iniuriam habet sit inuitum idest inuoluntarium. sicut facere iniuriam est uoluntarium. dubitatur etiam an omne tale quod iniuriam continet sit uolunrarium uel omne sit inuoluntarium uel aliquod sit uoluntarium & aliud non. eodem modo posset tertio loco dubitari cum quis iusta patitur an omnis talis passio sit uoluntaria uel omnis sit inuoluntaria. hoc dicit. continet itaq; hec dubitatio tres questiones. quarum prima est principalis circa quam in hoc capitulo principaliter insistere intendebat. & aduerte ꝙ illud ne cum dicit utrumne non est dictio: sed sillabita adiectio. ibi Nam in agendo. arguit ad questionem. & primo quantum ad ultimum. secundo arguit ad secundũ membrum. ibi ꝙ si iniuria. pro membro itaq; primo non arguit eoꝙ iam argutum erat a simili per id ꝙ dixit ut facere iniutiam uoluntarium est. circa primum tria facit

quãdo preter ꝓportionẽ fit. uel preter equitatẽ. Eodẽ modo iustus quãdo eligẽs iusta facit. facit aũt iusta: si modo uolẽs facit. Inuoluntariorũ aũt alia sũt in quibus uenia locũ habet alia s' quibus nõ habet. Nam quodcũq; nõ ignorãtes solũ uerũ etiã per ignorantiã delinquũtur ignoscenda sunt. Quodcũq; uero non per ignorantiam sed ignorantes quidem. Verum propter perturbationem animi non naturalem neq; humanam non ignoscenda.

Mbiget uero quispiã an sufficiẽter determinatũ sit circa faciendũ patiẽdũq; iniurias. Primũ quidẽ si ita est ut Euripides inquit. quomodo ĩpe matrẽ occidi meã breuis ẽ sermo nolẽs uolentẽ aut nolentẽ uolẽs. Vtrũne re uera fieri possit ut uolenti iniuria fieri possit uel nõ. Sed omne tale sit inuitum ut facere iniuriam uoluntarium est Et an omne sic

primo arguit.secundo soluit ibi absurdũ.tertio tangit aliam questionẽ que ex dictis
originem trahit ibi nam de illo.dicit primo merito dubitatur an omnis passio iusta
sit uoluntaria.& causa quidem dubitandi est quia omnis actio iusta est uoluntaria.eo
dem itaq; modo se uidetur habere eius oppositũ quod est iuste pati.scilicet omne esse
uoluntariũ aut oĩe esse inuoluntariũ.ibi Absurdũ.soluit dicens absurdũ esse oĩe
tale dicere uoluntarium.cum apperte uideamus ꝙ in cõmertiis inuoluntariis nõ pa
uci corrigantur inuiti.hoc dicit.ex quo patet ad rõnem in contrariũ esse negandam
similitudinẽ.stat enim omnẽ actionẽ iustam esse uoluntariã:pati uero iuste sepissime
fieri inuoluntarie.itaq; licet omnis actio iusta sit uoluntaria:& tamẽ pati iuste aliquã
do est uoluntariũ aliquando inuoluntariũ.unde patet ꝙ illud aduerbium forte poni
tur ibi nõ necessitatis causa sed
potius tanquam locutionis tem
peramentũ.quod ab aristotele
sepissime fieri solet: Nam de
illo.mouet questionem trahens
originem ex predictis.que est u
trum uniuersaliter sit uerum ꝙ
ei fiat iniuria qui iniusta patit.
hanc questionem soluit ibi uel
dicens etiam id quod locum ha
bet in agendo habet quoq; locũ
in patiendo.itaq; fieri potest ut
utriq; scilicet tam agentes quã
patientes sint participes iusto-
rum secundum accidẽs.& simi
liter fieri poterit uidelicet idest
certe ut sint participes rebus in
iustis secundũ accidens.sicut e-
nim patet ex ante dictis aliud ẽ
iniustum agere & iniuriari.nã
cum preter legem agit: iniustũ
facit.nõ tamẽ erit iniuria: nisi
id uoluntarie fecerit.omne qui
dem iniuriari est iniustum age-
re:sed nõ econtra.simili modo
se habet in patiendo.qui enim
preter legem patitur iniustum
quidem patitur:ei tamẽ nõ irrogatur iniuria:nisi id tale inuoluntarie patiatur.itaq;
in actione uele & in passione nole est forma iniurie siue eius quod est esse per se iniu
riam.nam si alias hec fiant:erit quippe iniuria nõ quidem per se sed per accidens.&
sicut per se & per accidens locum habet in actione & passione iniusta:sic etiam in ac-
tione & passione iusta.& quia de passione erat satis manifestum:de actione probat tã
tũmodo dicens ꝙ sicut nõ est possibile ꝙ quis patiatur per se iniuriam nisi eam aliqs
inferat:sic etiam nunq̃m aliquis iuste corrigitur nisi sit aliquis qui eum iuste corri-
gat.hoc dicit.& nota ꝙ illud uel in principio positum non disiunctiue sed assertiue
ponitur.item cum dicit similiter uidelicet & iniustis:illud in nõ per appositionẽ sed
per compositionẽ lege.ex predictis notabis actionem iustũ cõuenire cum actione in-
iusta:quia utraq; est uoluntaria.passiones tamen differũt.nam pati iniuriam semper
est inuoluntarium.pati uero ius uel iuste esse poterit utroq; modo.scilicet tam uolun
tarie quam inuite.itaq; ad hoc ꝙ quis iuste patiatur satis erit si alius eum iuste corri
gat.Deinde cum dicit. Quod si iniuria.arguit ad secundum mẽbrum prefacte du-
bitationis.& ponit duas rationes quibus aliquis forte conaretur ostendere ꝙ sit possi
bile aliquem pati iniuriam uoluntarie.circa quod duas ponit rationes.in prima acci
pitur pro fundamento diffinitio quedam que a quibusdam creditur esse iniurie diffi
nitio.& dicit iniuria est cum quis ledit uoluntarie sciens quem & quo & quomodo ce
teras circunstantias.sed incontinens est huiusmodi.nam operatur uolens que scit

est uel hoc uoluntariũ illud inuoluntariũ Eo
dem modo & cum quis iusta patitur. Nam
in agendo iusta semper uoluntarium est.Qua
re cõueniens est oppositum similiter eẽ & ius
te ab alio corrigi aut uoluntarium aut inuolũ
tarium esse. Absurdum fortasse uidebitur
Et dum iuste corrigitur quis totum esse uolũ
tarium.nam quidam nõ sponte corriguntur.
Nam de illo quoq; quis ambigat.Vtrũ om
nis qui patitur iniusta ei iniuria fiat.Vel ĩ pa
tiendo idem sit quod in agẽdo.Ac fieri potest
ut utriq; participes sint iustorum secũdũ acci
dens.Similiter uidebitur & iniustis.Nõ eĩm
idem est iniusta agere & iniuriari neq; iniusta
pati & iniuriam accipere.eodem modo & in a
gendo iusta & patiendo..impossibile est enim
accipere iniuriam nullo inferẽte aut iuste cor
rigi nõ iuste agentem. Qđ si iniuria facere

fibi esse nociua.ergo uidetur possibile ꝙ uolenti fiat iniuria. & ꝙ fibi quis iniuriari
possit.Deinde cum dicit. Preterea.ponit secundam rationem dicens item apparet
hoc.nam intemperans sepenumero permittit se a meretrice expoliari.quod si est ita:
uolenti iniuria fit : hoc dicit.Deinde cum dicit. Vel non. soluit. & primo ad pri-
mam rationem deinde ad alteram ibi sed qui. ad primam respondet bifariam.primo
interimendo primam propositionem.negat enim illam eē diffinitionem iniurie.sed
ad perfectam diffinitionem opportet cum his adere ꝙ lesio uel nocumētum fiat pre-
ter uoluntatem eius qui patiendo leditur. nemo enim uoluntarie iniuriam patitur.
itaq̄ sicut non est possibile aliquē iniuriam facere:nisi uolūtarie faciat:sic ecōtra. nō
erit possibile quem iniuriam pati nisi inuite atq̄ inuoluntarie id patiatur. quod pro

est simpliciter aliquē uolentem ledere & uolē
tem aut scientem quem & quo & quomodo.
Incontinens uero seipm̄ uolens ledit. uolenti
iniuria fit & sibi ipi qs iniuriari potest. Pre
terea uolens quis ab alio per intemperantiam
leditur qđ si est ita uolenti iniuria fit. Vel
nō recta diffinitio est.Sed addendum est ꝙ le-
dat sciens quem & quo & quomodo preter il-
lius uoluntatem.leditur quidem igitur qs uo
lens & iniusta patitur.Verūtamē nulli uolen
ti iniuria fit. Nullus enim uult ne in con-
tinens quidem sed preter uoluntatem id agit.
Nullus enim uult id quod nō putat esse fru-
gi.Incontinens autem quod nō putat agendū
id agit. Sed qui sua donat ut Homerus scri
bit de glauco dedisse eum Diomedi arma au-
rea pro ferreis cēteni precii pro nouem Huic

hac materia menti commenda-
bis.ibi Nullus enim.respon-
det ad minorem propositionem
dicens. ꝙ nullus nec etiam in-
continens uult scilicet complec
ta uolūtate pati iniustum. quia
incontinens id agit quod cupit
nō autem quod uult. uoluntas
eīm solūmodo est de fine ac bo
no.nemo namq̄ id uele poterit
quod non putat esse frugi idest
bonum.incontinens uero id a-
git quod existens extra animi p
turbationem putat nō esse agē-
dum.hoc dicit.exhac littera no
tabis aliqua satis utilia. primo
neminem posse appetere quod
non putat esse frugi.quod ē ma
xime notādum. tum propter ra
ritatem.rato eīm aut forte nus
quam preter quam hic inuenie
tur in philosophia hoc dictum
per hee uerba sic expresse posi-
ta tum etiam quia id plerīq̄ de
nostris negāt. secundo notabis
uoluntatem cuiusq̄ male operantis non ferri in malum siue nocumentum:sed id ue
le per accidens.scilicet in quantum adiungitur uoluptati aut utilitati que uolūntas
per se ipa & non per alia tunc amplectitur atq̄ habere uelet. negat itaq̄ philosophus
ꝙ incontinens uoluntarie patiatur nocumenta.quo negato:necesse est dicere ꝙ incō
tinens inuoluntarie patiatur talia nocumenta que ex incontinentia patitur. quod si
concesserimus:opportebit dicere ꝙ homini a seipo iniuria fiat.sed quia sic dicere nō
satis consonaret his que infra tradentur:inde est ꝙ aliam subiungit solutionem.ibi
eum dicit. Sed qui sua.ubi philosophus uidetur ponere ueram solutionē illius mo
di de incontinenti.& etiam illius quod loco secundo obiciebatur de intemperato.&
dicit ꝙ siqs nocumenta uoluntarie patiatur:& hoc siue donando siue quouis alio mo
do:& siue id a se siue ab alio patiatur:tali inquam iniuriam fieri non est possibile. cu
ius ratio est quia talia sunt in potestate eius qui patitur.iniuria uero non est in potes
tate eius cui irrogatur.hoc dicit.& ex his patet quid dicendum ad principalem ques-
tionem.qoe erat utrum alicui uolenti posset fieri iniuria.& patet ꝙ non.cum om̄e ta
le sicut patet ex dictis sic inuitum:atq̄ inuoluntarium.que autem hic philosophus a-
dit pro exemplo.diomedis scilicet & glauci per teipm̄ ut puto intelligere poteris.ex
dictis in hoc capitulo duo deantedictis appertius intelligere poteris. primo ꝙ iustū
& iniustum ad legem referantur ius uero & iniuria non ad legem:sed ad opus uel o-
perantem.hoc est ad uoluntatem eius qui agit uel eius qui patitur.nam iniuria ab a
gente uoluntarie infertur & a patiente inuoluntarie accipitur.secundo intelligitur
ꝙ iustitia & iniustitia non tantum respiciunt externa opera quantum interiores uo-

luntates. ex sola namꝗ uoluntate habent res ꝙ sint ius uel iniuria. qui enim nocet etiam si maxime noceat: iniuriam non faciet nisi uoluntarie id faciat. ille etiam qui leditur non aliter iniuriam patitur quam si inuoluntarie id patiatur. & in his finẽ habent que hic dicere propositum fuerat.

Estat insuper. capitulum quintum tres habet partes. in prima determinat questionem unam: in secunda excludit circa ante dicta tres falsas opiniones. ibi putant homines. tertio ostendit quibus rebus & hominibus iusta & iniusta possint competere. ibi sunt autem. prima pars quattuor continet particulas. primo duas mouet questiones quarum alteram relinquit inferius soluendam. secundo arguit pro utraꝗ parte ibi si enim. tertio soluit rationem factam pro parte falsa. ibi uel non. quarto determinat ueritatem questionis ibi manifestũ est. dicit ergo primo uiso ꝙ uolenti iniuria nõ fiat: restat insuper ut dicamus de duobus prius assuntis: idest de quibus potest dubitari ex prius assuntis hoc est occasione prius assuntorum. quia enim est dictũ ꝙ nemo uoluntarie iniuriã accipit: inde est occasio dubitandi utrum in distributione patrimonii ciuitatis ille iniuriam faciat qui preter dignitatẽ plus tribuit an ille qui preter dignitatem plus accipit. item quia dictum erat ꝙ incontines sibi faciat iniuriam merito dubitatur utrum sibi ip̃i quis ualeat inferre iniuriam. hoc dicit. ibi Si enim. arguit ad primam questionem. & primo probando ꝙ ille qui tribuit faciat iniuriam & non ille qui accipit. & dicit ꝙ si recipitur idest conceditur prius dictum scilicet ꝙ uolenti nõ fiat iniuria: si istud inquam recipiatur: non faciet iniuriã qui plus recepit in distributione. nam ille habet se non ut agens sed ut patiens qui uolũtarie id patitur. cum igitur in distributiõe que fit preter dignitatem sit iniuria & ea non fiat ab eo qui accipit: fiet igitur ab illo qui distribuit. hoc dicit. ibi Sed siquis. arguit pro parte negatiua ostendens ꝙ non semper ille faciat iniuriam qui uni plus quam alii tribuit. & dicit ꝙ siquis plus alii tribuat quam sibi sciens & uolens: iste iniuriã sibi ip̃i iniuriatur. qđ etiã facere uidẽtur uiri boni & equi. nam uir bonus equus in diminutione est. idest diminute solet pro se ip̃o accipere. sicut enim patebit ex fine sequẽtis capl'i uir bonus & equus is est qui nõ exacte amplectitur ius in peiorẽ partẽ sed de suis cõmodis detrahi patitur etiã si lege se tueri possit hec ibi. utrũꝗ uero predictorũ est falsũ. nec enĩ sibi quis iniuriari ualet. nec uir bonus & equus iniuriã irrogare. presertim cum sua utatur bonitate & equitate. hoc dicit. ibi Vel non. pꝛis soluit hanc rõnem. cuius duas ponit solutiones & in prima uidetur respondere directe negando ꝙ uir bonus minus sibi quam alii tribuat. & dicit uel idest etiam hoc scilicet ꝙ uir bonus sibi tribuat minus de bono: hoc inquam nõ est uerũ simpliciter idest omnino. nam si cõtingat fieri ꝙ de peccuniis aliis plus tribuat: de alio bono sibi plus reseruat. scilicet de gloria atꝗ de honesto. imo ut ita dixeri de his bonis totũ sibi nihilꝗ aliis tribuit. qui enĩm accipit: nec gloriã nec honestã rem sequitur. hoc dicit. ibi Preterea. ponit aliã solutionẽ. & hec uidetur finalis. & dicit ꝙ per diffinitionẽ iniurie prius habitã patet solutio. qui enĩ sibi minora tribuit nihil patitur preter suam

iniuria non fit Nam in ip̃o donate sed ut fiat sibi iniuria in ip̃o non est sed oportet esse qui inferat. Accipere igitur iniuriam quod nõ uoluntarium est patet.

Estat insuper ut de duob⁹ prius assũptis dicamus. Vtrum iniuriatur q plus tribuit preter dignitatem an qui plus accipit Et utrum sibi ip̃i quis ualeat iniuriari. Si enim recipitur prius dictum qui tribuit iniuriatur non qui plus habet. Sed siquis alii plus tribuit quam sibi sciens & uolens hic sibi ip̃i iniuriatur quod quidem uidetur boni & equi uiri facere. Nam bonus & equus nimis in diminutione est. Vel non hoc simpliciter. Nam alterius boni si contingat plus appeteret ut glorie uel simpliciter honesti. Preterea soluitur per diffinitionem iniuriandi. nihil enim preter suam patitur uolũtatem. itaꝗ

noluntatē.aſ per hoc iniuria ei a se fieri nō poterit.sed siquidē idest certe leditur uel dic siquidē id fiat: leditur nō tamē patirur iniuriā.sicut enī patet ex prius dictis non oēe nocumentū est iniuria:sed opportet ut id fiat pretet uolunratē eius cui nocetur hoc dicir.ibi Manifestū.determinat ueritatē questionis.& primo intenrū premitit dicens in distributione iniqua manifestū esse illū semper facere iniuriā qui plus tribuit non aūt qui plus accipit.hoc dicit.ex hic patet ꝙ ratio que erat pro hac parte sit

per hoc quidē iniuria ei nō fit sed leditur si quidem solū. Manifestū est aūt & ꝙ tribuēs iniuriatur semp ac nō is qui plus hēt. Nō eī quo iniustū est iniuriā facit sed quo sciēs hoc agit hoc aūt unde principiū actus quod est in tribuente nō in accipiente. Preterea si facere pluribus modis dicitur & est ut inanimata occidere & manꝰ & seruꝰ iubētis nō iniuriaſ quidē facit tū iniusta. Adhuc si ignorās iudicauit nō iniuriaſ sed'm ius illud qd' ē ex legibꝰ nec iiustū iudiciū ē sed ē ut iiustū Aliud est enī iustū qd' ex legibꝰ ē & primū.ꝙ si sciēs iudicauit iniuste plꝰ ipē quoq; appetit uł grē uel uindicte.ut igitur siqs partices iniurie foret & hic p̄terea iudicās iniuste plus habet.nā & qui agrū alii adiudicauit & si nō agrū ipē at argegentū suscepit. Putāt hoīes esse in ipis utrū iniuriētur atq; ob id facile iustū eē quod certe non est ita.Nam coire cum uxore uicini & pulsare proximū ac manu tradere argētum perfacile est & in ipis.Verū sic se habētes hoc agere nec facile est nec in ipis.Eodē modo cognoscere iusta & iniusta nullam sapientiam putant.qm̄ de quibus rebus leges loquūtur eas res non difficile est intelligere.at nō sunt hec illa iusta nisi per accidens sed cum certo fiunt modo & certo modo tribuūtur tunc iusta sūt. Enim uero hoc maius negociū est q̄ scire illaq̄ pertinēt ad sanitatē.nā & ibi quidē mel & uinū & elleborū & adustionē & secatōnē scire p

demonstratiua atq; insolubilis. ibi Nō enim.probat propositum.& hoc trifariā.primo sic: iniuriam facit non quidem ille in quo est iniustum: sed ille agit hoc scilicet iniuriam in quo est sciens idest scientia eius quod agit.hoc autem: idest hoc enim est principium actus.quod est ī distribuente & non in accipiente.hoc dicir.ibi Preterea.ponit secundam rationem dicens ille iniuriā facit qui agit ut pricipale agens non ille qui se habet ut instrumentū.hanc manifestat exemplis.qui uero tribuit est qui agit. cui autem tribuitur esse uidetur nō qui:sed quo agatur.hoc dicit.ibi Adue.ponit tertiam rationem. que uidetur esse sumpta a simili in iudice.& dicir ꝙ siquis ignorans iudicauit iniustum: non iniuriatur secundum ius legitimum. hoc dicimus: quia primum ius quod ius nature dicitur non est uerisimile iudicem ignorasse.ꝙ si sciēs iudicauit iniuste: uidetſ sibi plus appetere. scilicet gratie aut uindite uel alterius huiusmodi.dicamus igitur ꝙ quēadmodum siqnis iudex p̄ticeps foret iniurie & hic iudex propterea ꝙ est particeps est iudicās iniuste:plus habet.sic supple se uidetur habere ille qui plus tribuit.ꝙ uero contingat iudicem plus accipere manifestat dicens ꝙ ipē iudex qui agrum iniuste uni adiudicauir: recipit forte non agrum: sed argentum uel aliquid huiusmodi. hoc dicit. notādum est hic illum qui plus recipit nō facere iniuriam nisi ipē id procuret.nam ut mihi uidetur si ipē procuret: ipē quoq; iniuriam facere uidetur.ex his quoq; notabis pro nostra hispania & etiam pro italia:non tam esse reprehensibiles beneficia recipientes:quantum sunt reges & papa ceteriq; talia indigne concedentes.rertio notabis non tam iniuste fecisse magistrum sancti iacobi quantum regem donnum iohanem.ideoq; primo iste quam ille debuit plecti.Deinde cum dicit. Putant homines.destruit tres falsas opiniones circa predicta.secūda ibi eodē modo.tertia ibi ppter hoc ipm.& in his me;defatigatū rogo

habeat excusatum. per se itaq̧ illa uideas uolo. Deinde cum dicit. Sunt autem. ostē dit in quibus rebus & hominibus possit esse iustum & in quibus nō. & ponit tres dif ferentias: dicens ꝙ iusta existunt in his que existunt participia bonorum simpliciter. que sunt bona fortune. causa uero est quia ius & iniuria locum haber solum in his bo nis que pariuntur excessum & deffectum hoc uero tantūmodo habent bona fortune. circa que trifariam se uidētur habere ho mines sunt enim aliqui quibus nulla sūt supflua. itaq̧ si uniuer sa haberent: uniuersa recte gu bernarent. tales autem sunt ho mines excellentissimi. qui secū dum errorem gentilium fuerūt deificati atq̧ in deos conuersi. a lii sunt qui incerta mensura re cte se habent. si uero eam exce dant: inepte se habent. & hec ē humanum: quia plerumq̧ in ho minibus hoc esse uidemus. alii aūt sunt adeo imprudentes: ut nec etiam parua recte gubernēt sed quecunq̧ possident: in dete riores usus cōuertunt. quos hic philosophus appellat insanabi les & improbos. & hec tanta de his dicta a nobis sint.

Onsequēs uero. tractatus quartus de eq̄tate atq̧ de bono & equo continet unicū tā tūmodo capitulū. & primo qđ i tendit premittit: dicens post di cta consequens est ut de bono & equo dicamus scilicet quēadmo dum bonitas & equitas se hēnt ad iustitiam. ac bonum & equū ad iustum. hoc dicit. notandū ꝙ ut in principio huius libri me minimus nos dixisse equitas tri fariam accipitur. uno modo est nomen generale cuiusq̧ iustitie alio modo pro ea sumitur iusti tia que in comertiis uersatur. tertio loco est legis emendatio. & de hac hic dicere intēdimus. cui ut ab aliis differat equitati bus adicitur bonitas: hec enim per excellentiam equitas dici tur. ibi Non enim. prosequi tur. & tria facit. primo determi nat de obiecto equitatis. secūdo de subiecto. ibi ex hoc etiā. tertio de habitu. ibi & ha bitus. circa primū duo facit. prīo ad ptes arguit. & horū occasiōe mouet dubitationē. sc̄o soluit ibi hn̄t uero. qd ī pria dicat pte uideas p teipm̄. Hn̄t uero. soluit & prīo ue ritatē ppoīt q̄ etiā p te uide. sc̄o assignat rōnē pdictorū. ibi facit aūt. ubi tria facit. pri mo assignat rōnē dubitatiōis. ii. rōnē ueritatis ppositē ibi causa uero. iii. cōcludit ue ritatē intētā ibi q̄mobrē. ptīa ps ē nota. unde notabis tenēdā eē legis uoluntatē etiā si

facile est sed quēadmodum ad sanitatem tribu enda sunt & cui & quando tāta est difficultas quanta est medicum esse. Propter hoc ipm̄ ius ti quoq̧ nihilominus esse putant iniuriari. q̄a nō minus sed magis potest quodlibet horum iustus facere nam & coire cum muliere & pul sare & fortis clipeū relinq̄re & in utrā uis ptē currere sed timidū eē & iniuriari nō ē hoc fa cere nisi secūdū accidēs sed sic se habētē hec fa cere ē. Quēadmodū & mederi & sanare nō ē i. cidere uel nō incidere aut farmacū dare uł nō dare sed isto modo. Sūt eī iusta ī his q̄ par ticipia sunt simpliciter bonorum habent uero in his excessum & deffectum. quibusdam eīm nullus est excessus eorū ut fortasse diis. quib⁹ dam uero nulla pars utilitatis ut in sanabili bus & in probis sed omīa nocent. quibusdam uero aliquatenus propterea humanum est.

Onsequens uero fuerit dicere de bono & equo quēadmodū bonitas & equitas se habet ad iustitiā ac bonū & equū ad iustum

Nō enim ut idē simpliciter nec ut aliud ge nere si consideretur apparet & interdū quidē laudamus bonū & equū & huiusmodi hoīem Itaq̧ sup alia quasi maioris cōmēdatiōis loco adiūgimus magis ex equo & bono. Interdum uero rationē seq̄ntibus absurdū uidet̕ si bonū & equū preter iustū sit aliqd qđ laudari mere atur. Nā aut iustū eximia res nō est aut bonū & equū nō iustum sed aliud aut utraq̧ eximia & idem sint Dubiū igitur circa bonū & equū fere ob ista contingit Habēt uero se quodā modo cūcta recte & nihil sub cōtrariatur sibi Nā & bonū & equū alicui⁹ iusti exn̄s meli⁹ ē

nõ sit scripta. in quo plerisq iuristarũ abertãt. Causa uero. obi assignat rõnem ueritatis proposite. & primo ponit legis atq legislatoris deffectũ. secundo ostendit q̃ p̃dictus deffectus nõ tolat legis rectitudinẽ. ibi & est nihilominus: tertio cõcludit necessitatẽ emẽdationis legis. ibi quãdo igirur. & littere constructio in his ur puto p reuidere poteris. circa primã partẽ notandũ cum his concordare que sunt dicta in prohemio: ubi ait: satis ergo fuerit de his & ex his loquẽtes grosso modo ac uelori per figurã ueritatẽ ostendere. & secundũ ea q̃ plurimũ fieri solet de huiusmodi rebus trãsigere. hec ibi. simile est etiã quod dicit ulpianus digestis de legibus & senatus cõsultis ubi ait: nec leges nec senatus consulta ita scribi possũt: ut oẽs casus qui quandoq acciderint cõprehendãtur: sed sufficit ea plerũq accidunt contineri. hec ille. ex his aliqui de nostris dicunt q̃ oĩs lex est uniuersalis proposirio. nõ q̃dem absolote: sed exceptiua. ita q̃ ut dicũt oĩs lex tenet uniuersaliter: exceptis casibus in quibus lex ip̃a repugnat sue uoluntati. & legis qoidẽ uolũtas non est altera ab ea que est legislatoris. ex illa parte Et est nihilominus. notatur ip̃ius legis deffectus culpã nõ esse in lege nec in legislatore: sed id potius euenire ex rerũ cõdirione de quibus leges ferũtur. sunt enim huiusmodi res admodũ oariabiles ac pene infinite nullaq lege omnino cõprehensibiles. contigit itaq huiusmodi deffectus p ignorãtiã inuincibilẽ. at per hoc nullus deffectus in lege nec in legislatore poterit notari. Seqtur illa pars. Quãdo igitur. unde nõ pauca nec parua notãtur. primo q̃ si lex particulariter loqueretur: nusquã liceret agere preter legẽ. poc patet: qm̃ dicit testus quãdo igitur lex uniuersaliter loqtur. igitur a cõttario sensu si particulariter loqueretur: nusquã liceret agere preter legem. secuodo notatur p̃hm hic loqui de legis interpretatione: nõ quidem oniuersali in scriptis redigenda: sed de particulari que in scriptis nõ redigitur. hoc inde notatur cum dicit: & accidit aliquid preter uniuersale. tertio notemus q̃ legislator potest aliquid ommittere atq in aliquo defficere. patet nam dicit testus qua ommissit legislator & deffecit. quatto notabitur q̃ talis particuraris legis ĩterpretatio dici debet legis emendatio. dicit enĩ emendetur ommissũ. quod proprie oidetur esse dictom. emẽdare enim est ponere rem extra mendã. quod uidetur facere qui relictis uerbis: eorũ sequitur uoluntatẽ. quinto notabis legis interpretationẽ pro loco & tẽpore pertinere nõ solũ ad principẽ: uerũetiam ad subditos. dicit enim quod & legislator ip̃e si adesset utiq diceret. suppooit itaq p̃hs talẽ legis emendationẽ fieri in absentia legislatoris. qd' mẽti cõmẽdabis. sesto ex eodẽ fere loco notabis q̃ legis emendatio fieri debet naturali eq̃tate: nõ q̃cũq sed ea sola quã intẽdit legislator dicit ei qd' & legislator ip̃e si adesset utiq diceret. q̃ ãt sit ea eq̃tas quã itẽdit legislator ĩfra opportunius declarãdum puto. septimo notatur non uereri legislatorem dicere contra legem quam tulerit. dicit enim licem iam legem tulerit. in qoo satis reprehendit pertinaces qui ut cõstantes uideantur in eadem sententia etiam si sit iniqua permanere eligunt. octaoo ex littera colligitur diffinitio equitatis & eius oppositi rigoris. cum ei p̃hs ĩquirat qd sit equitas uel equum: randem dicit id esse qd' intẽdit legislator. itaq legis uoluntas equum uel equitas dicitur. rigor uero erit legem contra legis uolunratem renere. & uolumus hic equitatem accipere nõ pro habitu: sed pro obiecto. ut idem sit in hoc loco equitas qd' equũ. & ex his satis elidũtur ille inepte diffinitiones eq̃tatis & rigoris.

& nõ ut aliud quoddã genus melius q̃ iustum Idẽ est ergo iustũ ac bonũ & equũ. Facit autẽ dubitationẽ quia bonũ & equũ ẽ iustũ quodã At uero nõ id iustũ qd' ẽ scd'm legẽ sed qd' est scd'm emẽdationẽ legis. Causa uero hui⁹ ẽ q̃a oĩs lex uniuersalis ẽ ac de q̃busdã uniuersa l'r dici recte nõ p̃ot In q̃b⁹ igit' necesse ẽ ut lex uniuersal'r dicat nec recte p̃ot: lex id cõplectit' qd' plurimũ ẽ nõ ignorãs deffectũ. Et est nihi lomin⁹ recta. nam peccatũ nõ est in lege nec ĩ legislatore sed in natura ip̃ius rei. nam rerum ip̃arũ ꝑtin⁹ natũ talis ẽ. Qñ igit' lex uniuer sal'r loq̃tur & accidit qd p̃ter uniuersale tũc re ctũ ẽ ut q̃ omisit legislator & deficit ĩ simpl'r loquendo emendet ut omissũ qd' & legislator

funt enim qui dicunt equitas est iostitia cum dulcote misericordie temperata. rigor
uero ut dicunt est excessus iuris ad terrorem inuentus. si quidem id intelligant quo-
ad totum bonum ciuile: uerum dicunt. si autem de parte intelligant: nec philosopho
nec ueritati satis conuenire possunt quia ut ita dicam nulla debet esse misericordia
cum parte que in totius utilitatem non redundet. nono notemus tenendam esse equi
tatem etiam si non sit scripta. qood in locis non paucis in presenti capitulo philoso-
phus expresse dicit & hoc ut mihi uidetur est maximum principium cum quo pauce
leges sufficiunt ad gubernandom maximum populum. & sine illo leges etiam si essent
infinite non sufficiunt ad gubernādum non modo ciuitatem uerum nec unicam ai
nimam personam. quod quilqꝫ circa suos famulos experiri poterit. unde siue uxori si
ue famulis infinitas tradas pre
ceptiones: quotidie emergēt nō
pauca i quibus opportebit tene
re nō quidem eas sed potius ea-
rum tuamqꝫ uoluntatem. Dein-
de cum dicit. Quāobrem. cō
cludit ueritatem intentam. cir-
ca quod tria facit primo conclu
dit ꝙ bonum & equum sit iustū
& melius quodam alio iusto: os
tendens quod illud sit. & dicit
quia ita est sicut patet ex dictis
ꝙ bonum & equum est iustum
quoddam nō autem id quod est
secundum legem: sed quod ē se
cundum emendationem legis:
quia ita inquam est: patet ꝙ bo-
num & equum est iustum ac me
lius aliquo iusto. nō quidem eo
iusto quod est simpliciter. i. qđ
semper & ubiqꝫ tenec. cuiusmo
di sunt prima iuris principia. ꝓ
sertim illud rem publicam totā
dam saluamqꝫ fore. sed est qui-
dem bonum & equum melius
eo iusto quod peccat idest deffe-
cit propter simplicitatem: idest
uniuersalitatem. itaqꝫ ea est cau
sa ꝙ defficiat quia de talibus u-
niuersaliter loquitur de quibus
uniuersaliter recte dici non po
test. hoc dicit. ex hac pte notaī ꝙ legū emēdatio fieri debeat nasali eqtate: nō qdē ꝗcū
ꝙ sed ea sola q̄ ē oīno idefficiēs. qđ bene nota aduersus iuristas quosdā q putāt ꝙ taī
emēdatio fieri debeat ꝗcūqꝫ nasali eqtate. Hec ē nasa. cōcludit q̄lis sit nasa boni eq
unde iterū notaī eqtatē nō scriptā eē tenēdā ubi rigor ē scriptus. Hec ei ē causa. cō
cludit aut resumit causā cur leges i plerisqꝫ defficiāt. ubi iterū notaī tenēdam eē eqta
tem nō scriptā rigorem uero scriptū tāquā nequam & pessimū relinquēdū. Ex quo
determinat de subiecto eqtatis ubi plus q̄m sepissime notasti: iterū notabis eqtatē nō
scriptā esse tenēdā ubi rigor sit scriptus. dicit namqꝫ phs describendo uirū bonum &
equum: ex hoc etiam patet quis sit uir bonus & equus. horū uidelicet elector & actor
qui nō exacte amplectatur ius in peiorem partē: sed de suis cōmodis detrahi patiatur
etiā si lege se tueri possit. hoc ille. eēt qdē plus q̄m insipiens q dubitaret phm hic loq
in casu i quo lex sit scripta eqtas uero scripta nō erat. immo ſm phm ea equitas de q
in hoc capitulo loquitur i scriptis redigi nō potest. sicut ei aperte patet ex ea pte hec
enim est causa. equitas ipa de qua hic est sermo est decretum siue discretio aut pru-
dentia qua uniuerse leges scripte emendantur. modo planum est ꝙ id in scriptis

ipse si adesset utiqꝫ diceret. licet iam legem tu-
lerit. Quamobrem iustum est ac melius ali
quo iusto non eo quod est simpliciter sed eo
ꝙ propter simplicitatem peccat. Hec est na
tura boni & equi emendatio scilicet legis qua
omissum erat propter uniuersale. Hec eim
causa est ne omnia sint secūdum leges quia ta
lia quedam sunt ut de ipis lex ferri non possit
Itaqꝫ decreto opus est. nam in diffiniti indiffi
nita est regula. quemadmodum est lesbie edi-
ficationis plumbea regula nam ad formam la
pidis transmutatur & non manet regula & de
cretum ad res. quid sit ergo bonum & equum
& quid iustum & quod iusto melius manifes
tum est. Ex quo etiam patet quis sit bonus
& equus uir uidelicet elector & actor horum
qui non exacte amplectatur ius i peiorem par
tem. sed de suis commodis derrahi patiatur &
si lege se tueri possit. Et habitus iste boni-
tas & equitas dicitur nec aliud est quam iusti
tia quedam.

redigi eſt impoſſibile.ibi Et habitus.determinat de equitate put eſt habitus.& pla
num eſt quid dicar.& eſt hic aduertendum ꝙ equitas eſſe poterit ſpecies prudentie.&
tūc eſt habitus intellectiuus.quo caſu decretum dicitur.alio modo eſt ſpecies iuſtitie
& ſic eſt moralis uirtus exiſtens in parte animi irrationali. & hoc modo magis uſita-
tum eſt ut equitas dicatur.ex dictis philoſophi ſatis patet ineptam eſſe illam de equi-
tate & rigore trimēbrem diſtintionem.ſunt enim qui ſic diſtingunt:aut utrumq aut
neutrum aut alterum tantum ſcribitur.primo caſu ſi utrumq genere uel utriſq ſpe-
cie ſcribatur:equitas prefertur.ſi uero unum genere aliud ſpecie : id quod in ſpecie
ſcribitur prefertur ſiue id ſit equitas ſiue rigor.ſi quidem neutrum ſcribatur equitas
tenetur.ſi uero alterum tantūmodo ſcribatur:id teneri dicunt quod ſcribitur quid-
quid illud ſit.itaq ſi equitas ſcribatur eam tenebimus.& ſi rigor:eum quoq tenendū
eſſe dicunt.& licet iſti multifariam aberrent:preſertim in hoc ultimo dicunt contra
philoſophum.& ut mihi uidetur contra ciceronem & iura quoq canonica atq ciuili
a.tenendum enim eſſe non quidem legem ſed eius uoluntatem eſt principium irre-
ftagabile ſine ullaq fallentia non ſolum apud philoſophum uerum apud ciceronem
atq iuris peritos.quod ut melius uideatur ipſorum aliqua dicta in ſcriptis redigam.
& primo ciceronis.inquit enim in libro offitiorum. illic ubi agit de iuſtitia contra
officium eſt damnum maius ante poni minori. ut ſi conſtitueris cuipiam te aduoca-
tum in rem preſentem eſſe uenturum atq interim grauiter egrotare filius ceperit
non erit contra offitium non facere quod promiſeris magis quam ille cui promiſſum
ſit ab officio diſcedat ſi ſe deſtitum querat. & ſubdit & iam illis promiſſis ſtandum
non eſſe quis nō uidet que metu coactus dolo deceptus quis promiſerit! que quidem
pleraq iure pretorio liberantur nōnullaq legibus. Et parum infra dicit : exiſtunt
etiam ſepe iniurie calūnia quadam & nimis callida:ſed malicioſa iuris interpretatio
ne.ex quo illud ſummum ius ſumma iniuria factum eſt iam tritum ſermone prouer
bium.ut ille cum triginta dierum eſſent cum hoſte inducie pacte non noctium: noc-
tu populabatur agros.ꝙ dierum eſſent tantum inducie pacte. Aliud adue pulchri-
us addit exemplum dicens:nec noſter quidem probandus(ſi uerum eſt)quintus fabi-
us labeon ſeu quem alium nihil habeo preter auditum arbitrum nolanis & neapoli-
tanis de finibus a ſenatu datum.qui cum ad locum ueniſſet loquutus cum utriſq ſe-
paratim:ne cupide quid agerent neue appeterent atq ut regredi quam progredi ma-
lent.id cum utriq feciſſent:aliquantulum agri in medio relictum eſt.itaq illorum fi
nes ſicut ipſi dixerant terminauit in medio.quod uero relictum eſt populo romano ad
iudicauit.decipere hoc quidem eſt: non iudicare.quo circa in omni re eſt fugienda ta
lis ſolertia.hec ſunt uerba ciceronis.ex quibus aperte uidetur tenendum eſſe nō qui
dem legis uerba:ſed eorum uoluntatem.etiam ſi uoluntas non ſit ſcripta. & qui hoc
non facit:erit deceptor & nequam ſecundum ciceronis ſententiam. Hoc idem mi-
hi dicere uidentur iura canonica.ut patet de uerborum ſignificationibus in capitu-
lo intelligentia dictorum.quod ex dictis hylarii ſic traducitur: intelligētia dictorum
ex cauſis dicendi eſt aſſumenda:quia non ſermoni res:ſed rei eſt ſermo ſubiectus.hoc
ibi. Simile dicit papa gregorius in capitulo propterea inquiens propterea ſi proli-
xam epiſtolam noſtram ad interpretandum accipere te fortaſſe contigerit: rogo non
uerbum ex uerbo:ſed ſenſu ex ſenſu transferri. quia pleraq dum proprietas uerbo-
rum attenditur:ſenſus ueritatis ammittitur.hec ibi.& ponderandum eſt uerbum ad
interpretādum.ſignificat enim papa ſue epiſtole interpretationem non ſolum ad eū
pertinere:uerumetiam pro loco & tempore ad ſubditos.item notemus illud dum pro
prietas uerborum & cetera.ex eo namq loco apparet aliquando legis uerba eſſe relin
quenda & mentem ſeu uoluntatem eſſe amplectendam. hiis etiam accedere uidetur
capitulum in his.ubi clemens tertius inquit : conſiderantes nihilominus ꝙ non de-
bet aliquis conſiderare uerba:ſed uoluntatem & intentionem.cum non intentio uer
bis:ſed uerba intentioni deſeruire debeant.hec ille. Idem etiam habetur in decre-
tis in capitulo humane.xxii.q.v.& eſt traductū ex dictis gregorii in moralibus.inqt eī
humane aures talia uerba nr̄a iudicāt qualia foris ſonāt.diuina uero iudicia talia foris
audiūt qualia ab intimis proferūtur.certe nouerit ille qui uolūtatem & intententionē
alterius uariis uerbis explicat:ꝙ non debet aliquis uerba conſiderare:ſed uolūtatē &
intentionem:quia nō intētio uerbis:ſed uerba intentioni deſeruire debeant.hec ibi,

Simile est quod ponitur in capitulo marchiõ. prima questione prima ubi leo papa inquit & marchion & basilites & cetere herethicorum pestes non habent dei euangelium. quia nõ habent spm sanctũ sine quo humanum fit euãgelium quod docetur. nec potemus in uerbis scripturarum esse euangelium: sed in sensu. non in soperficie sed in medula. non in sermonum foliis: sed in radice rationis. hec ille. Ex his aliisque multis patet iura canonica idem dicere quod philosophi qui legis uoluntatem equitatem appellat. Nunc uideamus an iura ciuilia ad hoc discrepent. & primo uidendum est quid iura imperiaiia circa hoc disponant. inquit igitur iustinianos in lege placuit codice de iudiciis: placuit in omnibus rebus preeipuam esse iostitie equitatisque quam scripti iuris rationem. hec imperator. Apertius loquitur in lege nõ dubium. codice de legibus & constitutionibus: ubi ait: nõ dubium est in legem cõmittere eum qui uerba legis amplexus contra legis nititur uoluntatem. nec penas insertas legibus euitabit qui se contra iuris sententiam seua prerogatiua uerborum fraudulenter excusat. hec ille. Appertius ad huc uidetur hoc dicere imperator fredericus in libro feudorum: in capitulo que fuit prima causa beneficium ammittendi: ubi ait sed quia natura nouas deproperat edere formas: potest multis modis contingere ut alie multe emergãt cause uel occasiones quibus uideatur iustum feudum ammitti posse. ideoque iudex ubique soiers & discretus. & equitati obsequũdare solicitus subtiliter cuncta dispensans: prouideat siqua fuerit antiquioribus causis similis aut maior ut per inde sciat utrum beneficium sit ammittendum aut nihilominus retinendum. hec fredericus. patet itaque ex dictis imperatoris in hoc loco equitatem esse tenendam etiam si non sit scripta in causis feudalibus. cause uero feudales non minores imo uero maiores mihi uidẽtur quam cetere. Nec ab his discrepare uidentur iura digestorum seu pandetarum. in titulo quidem de legibus & senatus consultis in lege scire: paulus inquit: scire leges nõ hoc est. uerba earum tenere: sed uim ac potestatem. & in lege sequenti dicit benignius leges interpretande sunt quo uoluntas earum conseruetur. hec ille. & est ponderandom uerbum benignius. nam quid aliud benignitas quã equitas erit? item illud interpretande. ex quo apparet quod legum interpretatio modo aliquo ad subditos pertineat. In alia quoque lege idem paulus sic dicit: in ambigua uoce legis ea potior accipienda est significatio que uicio caret. presertim eum uoluntas legis ex hoc colligi possit. hec ille. simile est quod dicit infra eodem titulo dicens: cõtra legem facit qui id facit quod lex prohibet. in fraudem uero legis qui saluis uerbis legis: sententiam eius circumuenit. hec idem. & in lege sequenti ulpianus ait: fraus enim legi fit: ubi quod fieri noluit fieri autem nõ uetuit. id fit. & hoc distat fraus ab eo quod fit contra legem. hec ulpianus. hec & alia quam plura sunt ex quibus i falior est plusquam manifestũ tenendam esse: non legem: sed legis uoluntatem. quod ego dico in agibilibus principiorum esse maximum. est enim tale quod nec i toto neque in parte fallit nec fallere potest. & hoc menti comendabis contra populum insipientum iuristarum qui sicut in multis aliis: in hoc grauissime aberrant: asserentes in scientia sua nullum esse principium qood in toto uel in parte non defficiat. sed his posto esse miserendum. sunt enim miseri non satis scientes que principia queue conclusiones esse dicantur. si enim ea que legunt saltem mediocriter intelligerent: uidereot quod nisi esset propter hoc maximum principium nec libri digestorum nec decretorum etiam si essent infiniti sufficerent ad gubernationẽ minime persone. quod quisque in quouis de suis famulis speriri poterit. ille namque famulus qui non mentem: sed preceptionis uerba sequitur aut es nimis hebes aut nequam & pessimus. Sed pro intellectu maiori dictorum & etiam dicendorum sunt hic aliqua consideranda. primo quod hic loquimur de lege non quidem de tirannica aut oligarchica: sed de ea que recta intentione est posita: cuiusmodi est regia lex aut imperatoria. (et ut uoo uerbo comprehendam) tales sunt uniuerse leges que communem intendunt utilitatẽ. Secundo considerandum quod idem fere est in aliquo easu preter legem agere & pro loco & tempore legem interpretari. quod recte faciet non modo princeps: uerum quicunque subditorum si modo recte intelligat. Et quia hoc est potissimum in quo moderni iuriste a philosophia dissonant: eorum argutiones hic enodare uolumus. subiciamus itaque rationes quibus aliqui conantur ostendere nusquam esse licitum subditum agere preter legẽ scriptam. Et primo obiciamus ex philia: sic qui preter legem

agit iniquus eſt. ſicut patet ex principio huius libri quinti illic ubi de iuſtitia legali
tractatur. Secundo ſic non licet iudicibus agere preter legem ſicut patet ex primo
thetoricorum: ubi dicit phs omnia debere eſſe determinata lege iudicibus. cuius rei
tres aſſignat cauſas quarum potiſſimam eſſe dicit quia lex nō mouetur affectibus qď
in iudicibus non raro fieri uidemus. quod ſi iudicibus non licet agere preter legem:
nec aliis licebit. a maiori negatiue ad minus. minorem enim uidetur habere poteſta=
tem alii quam iudices. ad hec duo dicimus. ad primū eſt dicēdum quod preter legē a=
gere bifariā cōtingit. uno modo preter legis uoluntatē. & ſic qui preter legē agit ini
quus atq̄ legum tranſgreſſor dicitur. & hoc modo phs loquebatur quando dixit qui p̄
ter legem agit iniquus eſt. alio modo poterit quis agere preter legem: ideſt preter le=
gis uerba ſequendo legis uoluntatē. & hoc modo agere preter legem nō ſolum eſt li=
citum: uerūetiam bonum & equū. & ex his patet ſolutio ad illa duo que ex phīa obici
ebantur. Ad ſecundū dicimus ꝙ aſſūptum nō omnino uerum. & ad phm dicimus
ꝙ iudicibus debent eſſe determinata lege omnia ſcilicet poſſibilia. & ramē ſicut ipſe
dicit. nō eſt poſſibile omnia determinari lege. oportet itaq̄ qm̄ plura relinqui in arbi
trio iudicis. Nunc uidendū eſt de his que obiciuntur ex fundamentis utriuſq̄ iuris=
canonici & ciuilis. & ut melius uideant aduerſarii quante ſint efficatie ille argumen
tationes ad quid quoq̄ directe ſit reſpondēdum: arguemus in forma dialetica. & pri=
mo ſic nemine licet in iudicando proprio ſenſu uti: igitur nec preter legem agere. cō
ſequentia tenet quia ex oppoſito ſequitur oppoſitum. aſſumptum ponitur in capitu=
lo primo de conſtitutionibus ubi concilium meldenſe inquit: canonū ſtatuta ab om=
nibus cuſtodiantur. & nemo in iudiciis uel actionibus eccleſiaſticis ſuo ſenſu: ſed eo
rū auctoritate ducatur. hec ibi. Et ſimile uidetur quod habetur iſta eodem titulo
in capitulo ne innitaris prudentie tue. Secundo ſic equitas ſolum habet locum ubi
lex nō ſit ſcripta: igitur nuſquā erit licitum agere preter legem. conſeqntia tenet qa
ex oppoſito ſequitur oppoſitū. antecedēs ponitur de tranſactionibus in caplo ex par
te iuxta finem capituli. ubi papa ſic ait: in his uero in quibus ius nō inuenitur expre
ſum procedas equitate ſeruata: ſemper in humaniorē partem declinando: ſecūdū qď
perſonas & cauſas loca & tempora uideris poſtulare. hec ibi. iubet itaq̄ papa ubi ius
ſcriptum nō inuenitur procedere equitate ſeruata. patet igitur a cōtrario ſēſu ꝙ ubi
ius inuenitur ſcriptū nō licet ab ipo declinare. Ad hec mere canonica dicimus. ad
primū negādo cōſeqntiā. nec ex oppoſito cōſeqntis ſequitur oppoſitū antecedētis cū
enī quis recte agit preter legē nō ſuo: ſed legiſlatoris utitur ſenſu. facit eni id qď le=
giſlator ipe ſi adeſſet utiq̄ faceret. & hoc fere eſt qď ibi dicit gloſa: dicens ꝙ nemo de
beat duci ſuo ſenſu ſcilicet malo: qui uero ſenſu legiſlatoris ducitur nec ſuo ſēſu du
citur nec ſue prudētie innititur. & ex his patet quid ad aliud caplm ſit dicēdū. Ad ſe
cundū dicimus etiā negādo cōſequētiā. nec enī uerū eſt qď ex oppoſito ſequatur op=
poſitū. nā in caſu in quo lex ſcripta deffecit ius nō inuenitur ſcriptū nec expreſſū. a=
lias nō diceretur lex defficere. caplm itaq̄ ex parte potius arguit ꝓpoſitū quā oppoſi=
tum. nos etiā hoc dicimus ꝙ equitas in eo caſu locū habet in quo lex ꝓuidere nō po=
tuit. cum itaq̄ occurrit caſus in quo legis uerba tenendo iremus contra ipſius uolun
tatem: equitas locum habet que relictis uerbis mentem ſequitur. faciendo id quod le
giſlator ſi adeſſet utiq̄ diceret. patet igitur ꝙ pro tali caſu ius non inuenitur expreſ=
ſum. & ſiquis dicat ꝙ hec non ſunt conſona gloſe in loco prenominato. neq̄ dictis
quorundam doctorum. eſt dicendum quod philoſophia cum reſtus iuris ipſa parturi=
at gloſis & doctoribus minime ſubicitur: niſi quatenus manifeſte dicunt ueritatem
que philoſophie eſt amica. & ex his ad alia tam decreta quam decretales tu poteris
reſpondere. uenio ad iura ciuilia. ex quibus primo ſic obicitur: ad ſolum principem
ſpectat legum interpretatio: igitur nuſquam erit licitum alicui ſubditorum preter
legem agere. conſequentia tenet quoniam alias non ſolum principis: ſed etiam cuiuſ=
q̄ eſſet legem interpretari. antecedens ponitur in lege prima codice de legibus. ubi
imperator iuſtinianus inquit inter equitatem iuſq̄ interpoſitam interpretationem
nobis ſolis oportet & licet inſpicere. hec ille. ſimile eſt quod habetur infra eodē ti=
tulo i lege leges ſacratiſſime. & i lege ſecūda codice de ueteri iure enucleādo. his quo
q̄ accedit qď auguſtinus ait i li. de uera. reli. dicēs ī hūanis legibus oportet iudicare
nō de ipis ſed ſecūdū ipas. ſecundo ſic: iudex iudicare debet ſecūdū alegata & ꝓbata=

igitur nõ erit licitũ iudicẽ pteter legẽ agere. cõsequẽtia tenet quia ex opposito oppo
sitũ sequi uidetur. añs ponitur ĩ lege illicitas. parapho uetitas digestis de officio pre-
fidis. simile notatur in caplo pastoralis de offitio delegati. & in caplo iudicet ille. iii.
q. vii. terrio sie uerba absolute dicta debẽr accipi ſm ꝓpriam eorũ signifieationẽ: igit
nusquã licebit agere preter legẽ scriptã cõseqntia tenet: qm̃ alias rederemus a ꝓpria
uerborũ signõne. añs notatur in lege nõ aliter. digestis de legatis tertio. simile uidet
ꝙ phs diclr prio phicorũ. ubi dicit ꝙ hec absolute dicta medicus edificat ẽ falsa. signi
ficat enĩ ut inquit ꝙ medicus ſm ꝙ est medicus edificat. hec sũt fortiora argumẽta q̃
ex iure ttahũtur. ꝙ si ad ista respõdere sciastad cetera facilius dicere poteris. pro solu
tione primi sic distinguendũ est de interpretatione. est eĩ legis interpretatio triplex.
quedã generalis necessaria & in scriptis redigenda. alia generalis nec in scriptis tedi
gẽda. alia est particularis necessaria nec tamẽ in scriptis redigẽda. & hec se habet bi-
fariã. est enĩ quedã in ambiguis altera in manifestis. s. ubi est manifestũ legẽ eẽ cõtra
eius uolũtatẽ. eius itaq solius cuius est legẽ cõdere est ipam interptetari in omni in-
terpretatiõe excepta ultima. cũ enĩ occurrit casus in quo si legẽ tenetemus ẽ manifes
tum ꝙ iremus cõtra legis uolũtatẽ: cuiusq sane intelligentis erit legẽ interpretari. ꝑ
hec igitut dicimus ad leges in oppositũ obiectas. uniuerse quidẽ leges ille loquũtur
aut de interpretatiõe genetali aut in ambiguis. ubi scilicet nõ satis scimus quid lex
ipa uelit. qđ satis apparet ex uerbis impatoris in lege leges sacratissime. ubi sic dicit.
si quid uero in isdẽ legibus fortasse obscurius fuerit latũ: oporter ad impatoria inter
ptetatõne patefieri. duriciãq legũ nr̃a humanitate incongruã emẽdari. hec ibi. patet
itaq ꝙ de obscuris loquitur. dixerat nãq obscutius fuerir & cereta. Similis forme
uidetur qđ dicit in lege secũda de ueteri iure enucleãdo. inquir enĩ siquid ueto sicut
supradictũ est ambiguũ fuerit uisũ: hoc ad impiale culmẽ referatur per iudices & ex
auctoritate augusta manifestetur eui soli concessũ est & leges cõdere & interpretati.
hec ibi. patet igitur impatorẽ nõ de manifestis: sed de ambiguis dicere. Eodẽq mo
do dicimus ad illud augustini. Ad secũdũ dicimus negãdo cõseqntiã. est eĩm elen-
cus peccãs in cõtraditione. illa enĩ in cõtrariũ alegara probãt iudicẽ debere iudicare
secũdũ alegata & probata in facto: nõ aũt in iure. est uerũ ꝙ secũdũ iura impatotis ꝑ
missũ est litigatoribus ꝙ possint alegare de iure qđ uidetur ignui in lege unica codi
ce ut q̃ desũr aduocationi. ubi imperator inquit: nõ dubitãdũ est siquid a littigatori-
bus uel ab hiis q̃ negociis assistũr minus fuerit dictũ: id supplere & proferre qđ sciat
legibus & iuri publico cõuenire. hec ille. per hoc enĩ qđ impator dixit nõ dubitãdũ
est iudicẽ & cerera significat iudicẽ debere supplere de iure. per id uero siquid a litti
gatoribus & cetera ignuit littigatoribus eẽ ꝑmissũ posse alegare de iure. qđ etiã mar
co ciceroni placete uidetur. atistotelis aũt in primo rhetoricorũ fuit doctrina nulla-
tenus esse permissũ littigatoribus posse allegare de iure. debet quidẽ iudex instrui a
littigatoribus in facto: nõ aũt in iure. probare enĩ an sic sit factum uel nõ ad litigato
res pertinet. uttũ aũt sit ius uel iniuria. iuste uel iniuste factũ. graue aut leue hoc ad
iudicem pertinet. & in recta quidẽ re publica sentẽtia aristotelis mihi sine dubio ui-
detur ueta. Ad ꝓpositũ igitur redeundo dicamus ꝙ illa iura in cõtrariũ allegata ꝓ
bãt ꝙ iudex nõ potest supplere de facto. & hoc nos cõcedimus. & tamẽ iudex potest &
debet supplete de iute: imo ratione hoc dictãte: potest & debet cõtra ius scriptũ face-
re. sicut enĩ princeps iura nature q̃ ipe nõ cõdiderit atq etiã diuina poterit iuste ĩter
pretari pro parte: sic etiã peritus iudcs se habebit citca iura principis itaq ratiõe exi
gẽte: interpretabitur huiusmodi iura saltẽ pro partetatione itaq hoc postulãte tene-
bit: nõ quod lex dicir: sed qđ uelit. Er est hic aduettẽdum ꝙ nemini facit iniuriam
iudex qui secundũ allegata & probata in facto iudicat: etiã si ipe ut est persona priua
ta contrariũ esse sciat. & est huius rei causa quia iudex est persona publica qui iniudi
cando uicẽ & personã gerit populi. totius uero populi ad aliquem de populo nec ius
nec iniuria esse poterir. cum totius ad partẽ nec sit ius nec iniuria. sine ulla itaq iniu
ria poterit populus disponere de quocũq ac de bonis suis pro ut expedit populo. ui-
dens igitur populus ꝙ minus ledetetur si unus aut pauci sine culpa plecterẽtur quã
si esset licẽtia iudicibus suo arbittio iudicãdi: instituit iudices iudicare nõ secũdũ ea
Dicimus igitur. hec est secūda pars huius capli: in qua p̄factas soluit dubitationes. & p'o soluit primā. quia uero ad solutionē secunde erat opus plura p̄mittere: eam relinqt soluendā in seqnti capl'o. dicamus igitur ꝙ hic soluit primā dubitationē. circa qđ duo facit. p'o ponit solutionē cōmunē prudētie & sapie. secūdo ponit specialē solutionē quātū ad prudentiā. ibi insup opus. quārū ad primū duas ponit solutiones: quarū p'ia ondit rōnem in oppositū factā nō cōcludere efficaciter. dato eī ꝙ sapiā & prudētia nihil prospicerēt eorū ex quibus hō fit beatus: nō ꝑpter hoc sequeretur ꝙ essent inutiles. sūt enī uirtutes & p̄fectiones utriusq̄ animi particule. nā sapientia scientifici: ciuilis uero prudētia rōcinatiuū perficit. unicuiq̄ aūt est expetibilis sua p̄fectio. hec igitur animi particule has duas uirtutes expeterēt: etiā si nihil operentur. nota ex his. p'o subiecta sapie & prudētie. est eī sapiā in scientifico. prudētia uero in ratiocinatiuo. simile habetur septimo politice. secundo nota uirtutes esse expetibiles etiam si non operentur. & tene menti contra fatuos qui de uniuersis rebus querunt ad quid sint utiles. isti quidem ordinis rerum ignari: nec rem ullam putant esse propter se amabilem. & pro istorum maiori intelligentia non erit inutile repetere quod supra libro primo dicebatur. scilicet aliqua esse propter aliud expetibilia. ut sunt organa & instrumenta. alia uero propter se tantūmodo. ut est felicitas. alia propter se & propter aliud. de quorū numero sūt uniuerse uirtutes. expetuntur eīm ꝑpt er opatiōes. sed etiā si nunq̄ operentur: eas experteremus ob id ꝙ ipse sūt perfectiones. Deinde fa sūt quidem. hic ponit secūdā solutionē q̄ est p interentionem eius

q̄ꝛ dicunẗ. negamus enim eis ꝙ sapiã & prudentia nihil faciãt ad felicitatẽ. & exemplum quidem qđ inducũt de medicinali scientia non est cõueniens. cum enim felicitas sit opatio uirturis & sapiã sit species uirtutis: necesse est ꝙ sapiã faciat felicitatem. nõ quidem q̃madmodũ medicialis sciã facit sanitatẽ utpote opus exterius factũ: sed q̃madmodũ sanitas facit opa sana q̃. uidenẗ eẽ sanitatis usus qdã. sapiã itaq; felicitatẽ facit: nõ ut opus exterius factũ sed ut usũ. eodẽq; modo dicemus de prudẽtia. sed phs expsit de sapiã qa hẽtur ĩfra libro decio pricipalis felicitas ĩ osu sapiẽ consistete dr. nota ex his nos alicui ꝓbationi assẽtire magis ꝓpt phi auctoritatẽ: q̃m ꝓpt eius rõnis efficatiã. est eĩ uerũ ꝙ felicitas sit usus sapiẽ. probatio tñ q̃m hic phs induxit nullius existit efficatie. sicut eĩ hẽtur supra libro pño: & infra libro decio: felicitas ẽ opatio & usus uirtutis: nõ cuiusq; sed pfectissime. felicitas ergo erit opatio sapiẽ non ob id ꝙ sapiã sit pars & spẽs uirtutis: sed ea causa: qa sapiã sit uirtutũ oĩum pfectissima. uel dic ꝙ nomẽ felicitatis bifariã dici poterit. uno modo ut dicit pfectionẽ ultimã ultimo q̃sitã. & sic felicitas ẽ opatio uirtutis pfectissime. alio modo dr felicitas ex oĩ bono aggregatũ. & sic uidetur ĩ hoc loco phs de felicitate loqui. hoc i taq; modo sumẽdo felicitatẽ: efficax est ꝓbatio q̃m hic phs induxit. nã sic q̃libet uirtus facit felicitatẽ. i. partẽ felicitatis. nõ q̃dẽ ut medicialis sciã: sed ut sanitas facit corpus sanũ. sanitas eĩ corpus sanũ facit non effectiue sed formalr. sic etiã sapiã & q̃libet alia uirtus felicitatẽ efficere uidetur.

na sanitatẽ: sed ut sanitas: sic sapiã felicitatem Cum enĩ pars sit totius uirtutis habẽdo: & operando facit beatos. Insuper opus perficitur secundũ prudentiã & uirtutẽ moralẽ. Quãuis uirtus intentionẽ facit rectam. Prudentia uero illa dirigit que ad hanc tendunt. Quare uero animi ꝑticule nõ est uirtus talis uegetatiue

hoc igitur modo ut ego puto phs dicebat sapiam & prudẽtiã felicitatem efficere. Insup opus. hic soluit specialr q̃ntũ ad prudẽtiã. pño p interẽtionẽ huius ꝙ prudẽtia nõ faciat ad opus uirtutis. secũdo soluit q̃ntũ ad id qđ inducebaẗ ꝙ sine prudẽtia posset qs esse & fieri uirtuosus. ibi de eo aũt. dicit ergo pño nõ esse uerũ ꝙ prudẽtia nihil faciat ad opus uirtutis. nã ad opus uirtutis duo sũt necessaria quorũ unũ est ut hẽamus rectã ĩtẽtionẽ de fine. & hoc uideẗ facere moralis uirtus q̃ appetitũ in rectũ finẽ dirigit. aliud est ut sapiẽter oos hẽamus circa ea q̃ sũt ad finẽ. & hoc uideẗ facere prudẽtia cuius est bene consulere & recte iudicare & ꝓcipe de his q̃ sũt ad finẽ. q̃madmodũ igiẗ rõ & appetitus sũt pricipia hũane opatiõis: sic etiã eorũ uirtutes: uegetatiẽ quidẽ potẽtie nõ ẽ aliq̃ uirtus. nã uirtutes solũmodo existere dñr ĩ illis potẽtiis ĩ quatũ potestate ẽ agere uel nõ agere. & bene uel male agere. uegetatiã uero & alie potẽtie naturales nõ se hñt indifferẽter ad opposita: sed deteriãte ad unũ. q̃re in his uirtus esse nõ poterit. nã uirtus ĩ hoc consistit ut id facias qđ nõ facere potuisti. uel ab eo caueas qđ a te fieri potuit. si eĩ in te nõ fuit ut id nõ faceres. uel ab hoc caueres: nõ erit ꝑfecto laudabile qđ sic feceris. & hoc est qđ phs hic dicebat: q̃re uero animi particule uegetatiẽ nõ est talis uirtus. huius causã subiũgit qa nihil ĩ illa est utrũ agat uel nõ agat. q̃si dicat nõ est ĩ eius potestate ut sit indifferẽs ad agere uel nõ agere. & illud aduerbiũ. quare. ut mihi uidetur ponitur illatiẽ & nõ interrogatiẽ. & illud. utrũ. diiũctiue & nõ interrogatiue tenet. & qđ hic phs tetigit de indifferẽtia potẽtiatũ planius hẽtur ĩ nono methice ubi potentias rõnales dicit se hẽre ĩdifferẽter ad opposita: naturales uero determiate ad unũ oppositorũ. ex dictis ĩ hac pte notare poteris phm nõnunq̃ ad aliq̃ obiectionẽ respõdere q̃m nusq̃ obiecerit. nã de sapiã obiciebaẗ ꝙ nihil prospiceret eorũ ex q̃bus hõ fiat beatus: de prudẽtia uero paulo postea hoc cõcedebatur. & tñ qa aliqs forte posset insistere circa illud: ea causa phs ad id respõdere uoluit. secũdo nota prudentiã in his uersari q̃ ad finẽ. moralẽ uero uirtutẽ circa finẽ. qđ nõ paruã uideẗ hẽre ambiguitatẽ cũ uirtus sit hitus electiuus. ut habeẗ supra libro secũdo. & electio sit ĩ his tãtũmodo q̃ ad finẽ ordianẗ. ut est hitũ supra libro tertio. itẽ qa ut eodẽ libro habeẗ finis nõ a uirtute: sed a natura nobis determinaẗ: ꝓpt has igiẗ rõnes aliq dicũt ipius uirtutis eẽ nõ solũ ut recte eligat: sed etiã ut rectã faciat ĩtẽtionem de fine. nõ quidem uniuersali. q̃m ille a natura nobis deteriatur. sed de fine ꝑticulari. qđ & ego uerũ esse puto. sed

his addēdū cēseo ꝙ illa natalis iclinatio ī aliquos fines uniuersales egritudīe aut pra cōsuetudīe corrūpitur. erit igitur necessaria uirtus ne huiusmodi natura in nobis corrūpatur.ꝗ ut hētut infra libro septīo.& paulo postea dicemus.prudentie prīcipiū esse dr̄. De eo aūt.soluit qḋ obiciebat ꝙ sine prudentia posset qs fieri & esse uirtuosus.& hoc pbat eē falsū p hoc ꝙ nec prudētia sine morali uirtute:nec uirtus sine prudentia esse poterit.ptimū pbat hic.fm̄ in seqnti caplo.de prīo igitur hic psequtur.circa qḋ tria facit.prīo oñdit ꝙ in actiōe uirtuosa sit aliud principiū necessariū pter moralē uirturē.secūdo oñdit qḋ uel ꝗle sit illud prīcipiū.ibi est igit.tertio oñdit qd prudentia addat supra illud pfactū prīcipiū.ibi est aūt prudētia.dicit ergo prīo ꝙ pro solutiōe eius qḋ secūdo obiciebat.s.ꝙ pter prudentiā nō magis simus apti ad opandū ea ꝗ ad uirtutē ptinent resumere oportet ea ꝗ dicta sūt supra libro qnto.s.aliquos agere iusta:nō tn̄ esse iustos. ueluti eos q faciūt illa ꝗ leges pcipiūt aut inuiti aut p ignorātiā aut pter aliū finē & nō pter ipa.qui uero illa agit ut uir bonus & iustus: bona & iusta facere uidetur pter seipa & nō pter aliud.agit quoq nō inuite aut p ignorātiā:sed uolūtarie & electiue:& ipoꝝ ꝗ agūtur grā. uirtus qdem rectam facit electionē ꝗntūad itētionē finis.ea uero ꝗ ad huiusmodi itentionē ordinātur:nō uirtus sed aliud uidetur agere principium.de quo prīcipio & de huiusmodi rebus est a scientibus āpliori doctrīa dicendū.uel alr̄ & forte melius dicere possumus ꝙ in electione cōcurrūt due opatiōs.s. uolūtatis ꝗm opationē hic electionem dicit.& hāc uirtus facit rectā.ē alia opatio ipius intellectus. et hec ad illā ordinatur. ad hoc eī intellectus cōsulere uidetur ut uolūtas recte eligat.hāc igitur opationē ꝗ in electionē ordinatur nō dirigit uirtus sed aliud prīcipiū.de quo a scientibus est ampliori doctrina dicendū.& qa sepe ī latinorū & grecorū usū uenit ut numero plurali p singlari accipiāt(ut pugillares codecilli & huiusmodi)hinc est ꝙ phs in hoc loco cū de unico loqretur prīcipio:ī plurali dixit de qbus scietibus dicēdū ē clarius.nota ex his aliq prīo ꝙ uir bonus & iustus bona & iusta ꝗ agit non pter aliud sed pter seipa agere dr̄.qeī aliud itendūt:nec boni nec iusti dn̄r.de quo ī libris pcedētibus nos largius dixisse meminimus.secūdo nota nomē electiōis p actu uolūtatis tātūmodo nōnūquā accipi.nā electiōis nomē equoce dr̄ de toto actu q in se cōplectit itellectus & uolūtatis actū.& sic de ea supra libro tertio locuti sumus.alio modo dr̄ de actu uolūtatis tātūmodo ut hic. Est igit.hic secūdo oñdit qḋ siue ꝗle sit illud prīcipiū qḋ ea dirigere dixius ꝗ ī rectā ītētionē ordiant.dicēs ꝙ astutia sit ꝗdā animi potētia ꝗ ad ītētionē subiectā.s.suppositā dirigit & ad effectū pducit.ꝙ si id qḋ itendimus rectū sit:astutia laudat.si uero itētū sit iprobū:astutia dolus dr̄.hic ē ꝙ prudētes astutos & nō dolosos dicimus.prudentia eī rectā supponit itentionē.ex his notabis aliq prīu astutiā esse qd cōmune ad bonū & ad malū.cōtra eos qui astutiā opponi dicūt prudentie.erit itaq astutia genus ad prudentiā & dolū.si eī intentio sit recta:astutus prudēter agere dr̄.si uero sit iproba intentio:tūc astutus dolose & inique agere dr̄.secūdo nota nullam astutiā esse prudentiā que rectam nō supponat intentionē.cōtra eos qui quouis in effectū produxerint:se prudenter egisse putāt.sed dubitaret aliquis utrum astutia dicat aliquā animi potentiā ꝗmadmodū hic phs dicere uidetur.ad hoc dici solet ꝙ sicut modu ali

Nihil eī in illa ē utrū agat uel nō agat. De eo aūt qḋ nihil magis apti sūt pter prudētiā ad honesta & iusta agēda paulo supi⁹ incipiēdum ē.Hic sūpto initio quēadmodū dicimus quosdā iusta agere:nec tamē esse iustos ueluti eos qui faciunt illa que leges precipiūt:aut inuiti:aut per ignorantiā:aut p aliud quidpiam nō aūt propter ipa:aut qui agūt illa ꝗ oportet & qḋ oportet studiosū uirū Sic est ut uidetur aliqualiter se habētē agere singula ut bonū sit dico ceu per electōnē & iporum ꝗ agūtur gratia.Electionem igitur rectā facit uirtus.Que autē illius gratia fieri nata sunt:ea nō sūt uirtutes:sed alterius potentie de quibus sciētib⁹ dicēdū est clarius. Est igitur quedā potētia quā astutiā uocāt.Hec huiusmodi ē ut ad sub

quo ex dicendis apparet astutia nõ est potentia:sed naturalis inclinatio aut naturalis dispositio rõnis ad prudentiã uel ad dolũ:itaqꝫ q̃madmodũ ĩ appetitu ad uirtutes capescendas est naturalis dispositio q̃ cõsuetudine & usu ꝑficitur:sic etiã in rõne est aliqua naturalis aptitudo ad prudentiã q̃ tꝑore & expimento ꝑfectionẽ recepit.& sicut appetitus indifferens est ad uirtutes & uicia:sic & astutia ad prudẽtiã & dolũ. qui ut patet ex dictis phi in hoc loco prudentie opponitur. Est aũt. hic tertio ostendit qd

rectã ĩtẽtionẽ agere ista possit & ad effectũ ꝑducere.Si itaqꝫ id ad qd' intẽdim9 rectũ sit laudabilis ẽ.Sin aũt imꝓbũ tũc ẽ dol9.Quaꝓpter prudẽtes astutos & nõ dolosos eẽ dicim9.

Est aũt prudẽtia nõ hec potẽtia:sed nõ absqꝫ potẽtia ista.Habit9 uero huic ĩtuitu efficit' animi nõ sine uirtute ut dictũ ac manifestũ ẽ. Nã cogitatioẽs & discurs9 rõnis rerũ agẽdaꝝ ꝑicipiũ hñt qd' tale qd sit extremũ& optimũ qualecũqꝫ tãdẽ id sit Et ei sit uerbi gr̃a qd uis hoc nisi bono uiro nõ uidetur Nam prauitas obliquat:& falso errore labĩfacit circa principia rerum agẽdarum.Quare patet ꝙ impossibile est prudẽtem esse quẽpiam nisi sit bon9.

Ed cõsiderãdũ ẽ furs9 circa uirtutẽ.nã uirt9 fere simil'r se hẽt ut prudẽtia ad astutiam nõ eadem qdem sed certe similis.Sic & naturalis uirtus ad eam que est proprie uirtus.Omibus enĩ uidetur natura quodãmodo mores in singulis subsistere.Nam ut iusti sumus & tẽperati & fortes & alia hui9mõi statĩ a natiuitate hẽmus.Sed tamẽ querim9 aliud

prudentia addat supra ꝑfactum ꝑicipiũ. & licet cõmuniter sic dicatur:põt aliter dici & forte melius:ꝙ hic phs intẽdat oñdere prudẽtiã nõ esse sine morali uirtute. qd' in hac materia phi erat principale ꝓpositũ.dicit ergo ꝙ prudẽtia nõ est astutia:sed est eius hitus quo hitu ur potẽ uisu quodã in rebus agẽdis põt uerũ ꝑspicere.& huiusmodi q̃dem prudẽtie hitus sine morali uirtute esse nõ poterit.itaqꝫ q̃m admodũ naẽalis & impfecta uirtus esse põt sine prudẽtia ꝑfecta uero neq̃q̃:sic etiã astutia q̃ impfecta prudentia dr̃ sine uirtute morali eẽ poterit: sed prudẽtia qdem ꝑfecta sine uirtute eẽ nõ poterit.qd' phs sic ꝓbat : nullus hitus eẽ poterit sine principiis ex qbus pẽdet. ut scie hitus sine ꝑicipiorũ intellectu haudq̃q̃m eẽ poterit. uirtutes uero morales sũt ꝑicipia prudẽtie. qd' ex hoc patet qa morales uirtutes rectã faciũt intentionẽ de fine. finis aũt ꝑicipiũ est sillogismi pratici:q sillogismus a prudentia formaẽ. & eo quoqꝫ generaẽ. sicut ei scia demõstratiõe ꝓducitur:& producta demõstratione utitur:sic etiã prudẽtia sillogismo pratico efficiẽ: & genita huiusmodi sillogismo utitur.qd' ãr uirtus rectã faciat ĩtẽtionẽ de fine q ẽ ꝑicipiũ sillogismi pratici phs hic demõstrat exẽplo.qd' ꝑ reipm uidere poteris.ex dictis phi ĩ hac pre aliq̃ poteris notare. prio hitũ prudẽtie uisui cõpati.q̃madmodũ ei uisu efficatius q̃ aliis sẽsibus sẽsibilia cognoscimus:sic etiã hitu prudẽtie ꝑfectius q̃m aliis ĩtellectis hitibus res agẽdas ꝑspicimus.secũdo nota ut prius moralẽ uirtutẽ rectã facere ĩtẽtionẽ de fine.qd' ego ĩtelligo nõ qdẽ de fine oĩno uniuersali.ut ẽ ille finis bonũ eẽ agẽdũ:malũ eẽ fugiendũ.nã hic finis nõ uirtute sed naẽa nobis determiaẽ.et etiã cõseruaẽ:sed phs loq uideẽ de finibus ĩ quos singl'e uirtutes nos ĩclinare dicũẽ.ut ẽ tẽpate uiuere.liberl'r expẽdere.& alia huiusmodi.tertio nota id qd' ĩ fine cõcludit phs dicẽs q̃te ĩpossibile ẽ q̃npiã prudentẽ esse:nisi sit bonus.cõtra eos q scelestos iniquos & dolosos hoĩes prudẽtes appellant.nam & illi secundũ phi doctrinã & secundũ ueritatem magis longe sunt a prudentia quam illi qui hodie nascuntur.quod menti cõmendabis.

Ed cõsiderãdũ.capl'm ẽm qd' ẽ ultim huius sexti libri tres hẽt ptes. prio oñdit moralẽ uirtutẽ nõ eẽ sine prudẽtia.ii. mouet & soluit q̃ndã q̃stionẽ circa uirtutũ cõnxionẽ ĩcidẽtẽ.ibi sed sermo hic.iii.soluit q̃stionẽ supiusmotã de cõpatõe sapie & prudẽtie.ibi ac tñ nec.circa primũ duo facit.prio oñdit ꝓpositũ ꝑ rõnẽ. secũdo ꝑ aliorũ dicta.ibi propterea aiunt.sed pro intelligentia primi & aliorũ que hic tractantur est

sciendū quid phs noīe proprie uirtutis ītelligat. & quas naturales uirtutes hic appel
let. dicamus igitur ꝙ uirtus proprie ea dicitur que usu & consuetudine perfecte que
sita in appetitu existere dicitur. hec aūt est uirtus de qua phs tractauerat in libris pre
cedentibus. naturalis uero impprie & impfecta uirtus est naturalis inclinatio uel na
turalis dispositiu appetitus ad perfectā & proprie uirtutē capescendā. est itaq; natura
lis & imperfecta quasi incohatio principiū & semē perfecte & proprie uirtutis. quē
admodū enī sine semine nec plante nascūtur: sic etiam sine huiusmodi naturali apti
tudine perfectā & proprie uirtutē iu appetitu fieri nō contingit. & ista que diximus
de uirtute appetitus locū habent in uirtutibus intellectiuis. & presertim ī uirtute rō
nis pratice q̄ in rebus agendis uersatur. ut hic phs satis expresse innuere uidetur. & ī
capło precedēte. ubi naturalem
dispositionē rōnis pratice q̄ in
rebus agendis uersatur astutiā
dixit: perfectā. uero uirtutē pru
dentiam appellauit. habebūt se
itaq; sm̄ pportionē uirtus natu
ralis & astutia. pprie uirtus &
prudētia. q̄madmodū enī se ha
bet naturalis uirtus ad appeti
tū: sic astutia ad intellectū. & si
cut se habet pprie uirtus ad ap
petitū: sic & prudentia ad rōnē
hiis premissis: dicamus cū phō
ꝙ proprie uirtus nō poterit eē
sine prudētia. hoc sic probatur:
ille naturales dispositiones q̄ si
ne discritione & prudentia nos
in bonū inclināt: nō sūt nec dicūtur pprie uirtutes. hoc patet dupl'r. primo quia per
similitudinē in bestiis. & in pueris quoq; reperiūtur. sed nec bestiarū. nec puerorum
est agere sm̄ uirtutē proprie dictā. item huiusmodi naturales dispositōnes sine discri
tione & prudentia sūt nobis nociue. ut patet de illo qui naturaliter in liberalitatē in
clinatur. qui si discritione & prudentia careat: facile prosiliet in prodigalitatē. & q̄n
to maior fuerit huiusmodi inclinatio: tanto magis ledetur. q̄madmodū esse uidemus
de equo fortiter motu: qui si uisu careat: tāto fortius impingetur q̄nto fortius moue
bitur. esse quidē nociuū de uirtute pprie dicta nō predicatur. cōcludamus igitur a cō
trario sensu ꝙ ea tantūmodo dicetur uirtus pprie que nos in bonū inclinat & cū dis
critione & prudentia operatur. s. loco & tempore congruo aliisq; seruatis circunstan
tiis. ex dictis philosophi in hac parte poteris aliqua satis utilia notare. primo in appe
titu naturalem uirtutem sic se habere ad proprie uirtutem q̄madmodum se habet in
ratione astutia ad prudentiā. sicut enim ibi astutia indeterminate se habet ad bonum
& malū. et prudentia determinate ad bonū tantūmodo: ita & hic naturalis uirtus in
differens est ad bonū & ad malū: sed pprie uirtus determiatur ad bonū. secundo nota
bis uirtutes oms̄ inesse nobis a natura: nō qdem sm̄ esse perfectū: sed sm̄ esse impfec
tum. quod ex triplici parte attēditur: primo ex parte intellectus: cui naturaliter sunt
indita prima principia agibiliū. ut nulli esse nocendū. neminē locupletē fieri cū iac
tura aliena. & similia. secundo ex parte uolūtatis que de se naturaliter mouetur a bo
no intellecto sicut a proprio obiecto. tertiu ex parte appetitus sensitiui. sm̄ ꝙ ex natu
rali complexiōe sunt aliqui dispositi ad iram. alii ad uoluptates. alii ad alia. tertio no
tabis exemplū quod hic a phō inducitur de corpore robusto sine intuitu se mouente
quod in locis nō paucis nō incongrue applicari poterit. quarto notabis eam tantūmo
do dici proprie uirtutem que nos in bonum inclinat: & cum discretione & pruden
tia operatur. et hec potest dici diffinitio proprie uirtutis. idest uirtutis proprie dicte
idem itaq; est perfecta et proprie uirtus. sed perfecta dicitur quia sibi nihil deesse ui
detur. et proprie uirtus ideo dicitur quia cum discritōne et prudentia operatur. et ex
hiis patet idem esse naturalem imperfectā et impprie uirtutē. q̄d menti cōmendabis
contra eos qui uirtuosos appellant quosdam indiscretos bonas nescio quales inclina

quidā proprie bonū esse ut talia aliter ad esse
Nam pueris quidē & bestiis naturales sūt ha
bitus. Verū absq; mēte uidētur esse nociui. il
lud dūtaxat apparet: q; quēadmodū ī robusto
corpore sine intuitu se mouēte cōtingit forti
ter offendere quia uisū nō habet ita & hic. Qd'
si accipiat mentē in agēdo differt habit⁹ uero
similis existens tunc erit proprie uirtus. Itaq;
ut opinabili due sūt spēs astutia & prudentia
Sic in morali due sūt naturalis uirt⁹ & pprie
Verū hatū q̄ propria est: nō fit absq; prudētia

tiones habentes. Et propterea. hic ſecundo oſtendit propoſitum per aliorum dicta & facit tria. primo oſtendit propoſitum per antiquorum dicta. ſecundo per dicta modernorum ibi ſignum huius. tertio concludit propoſitum ibi patet igitur. dicit ergo primo ꝙ ex antiquorum dictis. & preſertim ſocratis qui in moribus nō parue fuerat auctoritatis uidere poſſumus uirtutem nō eſſe ſine prudentia. nam & ſocrates omnes uirtutes dicebat eſſe prudentias. hoc dicebat uel ea cauſa motus quia uirtutes ſunt q̄dam prudentie ſimilitudines. uel quia ut ſtoici in ratione eas eſſe putabat. & ſocratis dictum partim eſt uerum. in hoc ſcilicet ꝙ putabat uirtutes nō eſſe ſine prudentia. & eſt partim falſum in hoc ꝙ uirtutes prudentias eſſe dicebat Signum huius. hic ſecūdo probat propoſitum per dicta modernorum. ideſt eorum qui ſuo tempore fuerant.

Et propterea aiunt uirtutes oēs eſſe prudentias. Et ſocrates partim recte queſiuit partim errauit. q enim oēs uirtutes putabat prudentias eſſe errabat. q uero nō abſq; prudētia recte dicebat. Signum huius eſt ꝙ nūc oēs quando uirtutes diffiniunt adiungunt habitum dicentes: & ad quid eſt ſecundū rectā rationem. Recta aūt ratio eſt ſecūdum prudētiā Videntur auguriari quodā modo oēs huiuſmodi habitū uirtutē eſſe: qui habitus ſit ſecūdum prudentiā. Sed opportet parūper tranſgredi. Nō enim ſolum habitus qui eſt ſecūdū rationē rectā. Sed ille qui eſt cum recta ratiōe uirtus eſt. Recta autē ratio in talibus prudentia eſt. Socrates igitur putabat uirtutes eē rationes. Nam illas oēs dicebat eſſe ſentencias Nos autē cum ratione eſſe putamus. Patet igitur ex iam dictis nō poſſe quēq̄ eſſe bonum uirum ſine prudentia. Neq; prudentē ſine morali uirtute. Sed ſermo ſolueretur quo diſputare quis poſſit: uirtutes ab inuicē ſeparari.

oēs itaq; iſti diffinientes uirtutem & oſtendētes ad quid ſe extendat. dicūt eam eſſe habitū ſecūdum rectam rationem. recta quidem ratio eſt prudentia. patet igitur ex dictis iſtorum uirtutem nō eſſe ſine prudētia ſed dictum iſtorum eſt imperfectum. & ideo opportet parūper tranſgredi ideſt parum ei addi. poterit enim aliquis ſecundū rectā rationē agere ſi conſiliū & rectam rationē alterius ſequatur. hoc tamē non ſufficit ad hoc ꝙ dicamus eum uirtutem habere erit igitur uirtus habitus nō ſolum ſecundū rationē: ſed & habitus exiſtens cum rōne. ex his patet ꝙ ſocrates q uirtutes putauit eſſe ſcientias aut prudentias: plus dixit q̄m dici opporteret. alii uero qui dicebant uirtutes eſſe habitū ſecundū rectā rationem: minus dixerunt quam opporteret. phs uero mediū tenuit dicens ꝙ uirtus ſit habitus ſecundū rationē rectā: & cū ratione recta exiſtens. itaq; is ſolus uirtutē habere dicitur: qui propria diſcretione & conſilio uirtuoſe operatur. ex his nota phm nōnūq̄m ad ſuum propoſitū inducere aliorū dita licet nō ſint oīno uera. quod hic & ī aliis locis nō paucis eum feciſſe uidemus. & hoc nobis erit exemplū ut cum res ipa exegerit: ſimiliter faciamus. Patet igitur. hic cōcludit principale propoſitū prime partis huius capituli. dicens eſſe manifeſtū ex iam dictis nō poſſe quēq̄m eſſe bonum uirum ſine prudentia. hoc eſt enim quod paulo antea demonſtrauimus. eſt etiam manifeſtū ex iam dictis in precedenti capitulo: nō eſſe poſſibile quēq̄m eſſe prudētem ſine morali uirtute. quod memorie oportet habere ad intelligendam ſequentē demonſtrationē de uirtutum conexione. Sed ſermo. hec ē ſecunda pars huius capituli. ubi phs mouet & ſoluit quādam queſtionē circa uirtutū conexionem incidentem. & tria facit. primo mouet dubitationem: & ponit rationem dubitandi dicens ſed hic ideſt in hoc loco ſolui poterit ſermo ideſt ratio qua quis poſſit diſputare ideſt diſputando probare: uirtutes ab inuicem ſeparari. & hoc forte diceret ea ratione motus: quia nō uidemus eūdem hominem naſci aptum ad oēs uirtutes: ſed alium uidemus aptum ad liberalitatē. alium ad temperātiam. alium ad fortitudinem. & alios ad alias uirtutes. eam autem uirtutem quis conſequi poterit ad quam naſcitur aptus. illam uero ad q̄m inepti naſcimur: raro aut nunq̄m adipiſci poſſumus

ex quibus sequi uidetur alium hominem aliam habere uirtutem scilicet illam ad quã aptus nascitur. & aliam non habere scilicet eam ad quam nõ est aptus. ex hac igitur ratione uideretur alicui ꝙ esset possibile unam uirtutem sine aliis haberi. & ex prefacta ratione mihi uidetur necessario esse concedendum eum hominem qui oms habeat uirtutes ad oms nasci aptum. Sed hoc recipiendum. hic secundo soluit prefactam dubitationem. dicens ꝙ de uirtutibus naturalibus imperfectis que proprie non dicuntur uirtutes: bene erit possibile quēpiam unam uirtutem habere sine hoc ꝙ alias uirtutes habeat. itaq; erit possibile esse aptum ad fortitudinem & nõ ad temperantiam: uel liberalitatem. quod ego intelligo secundum magis & minus. scilicet ut sit aptus ad oms: sed ad unam magis. nam ut paulo postea demonstrabimus non est possibile simpliciter loquẽdo aliquē

Nõ ei eũdẽ nasci ad oẽs aptũ. Itaq; aliã iã qdẽ hr̃e aliã nõ hr̃e. Sed hoc recipiẽdũ ĩ naturalibus uirtutibus At in his uirtutib⁹ p̄ quas simpliciter dicitur uir bon⁹ nõ recipit. Simĩ enim cũ prudẽtia q̃ una est oms simul existũt

ad unam uirtutem nasci aptum quim ad oms sit naturaliter aptus. sed de uirtutibus quidem q̃ proprie dicuntur uirtutes: secũdũ quas simpliciter uir bonus dicitur nõ est possibile aliquam unam uirtutem nobis iesse quĩ alie oms insint. hoc a pho sic demonstratur: oms simul existunt cum prudentia que oium uirtutum est unica. & sic oẽna uirtus sine aliis esse non poterit. hanc phi breuem demõstrationẽ sic explicare possumus: nulla uirtus proprie dicta esse potest sine prudentia. ut est demõstratum ĩ principio istius capituli. prudentia quoq; esse non potest sine uirtutibus. ut probatum est supra in capitulo precedenti. item dictum est supra in capitulo secundo tractatus secundi ꝙ oium uirtutm prudentia sit unica. ex his ergo sequitur ꝙ quando nobis aliq̃ uirtus inest: necesse sit prudentiam inesse. & quando prudentia nobis inest: oms ineẽ uirtutes. ergo a primo ad ultimum si aliqua uirtus nobis insit: necessario oms inerũt. hec est phi demonstratio q̃m uniuersi fere homines pro necessaria uenerantur & consunt. sed mihi uidetur uno pede claudire. licet enim prudentia nõ possit esse sine uirtute: nusq̃m tamẽ a pho demonstratum extitit prudentiam unius uirtutis nõ posse eẽ sine ceteris uirtutibus. imo supra capitulo secundo tractatus secundi ignuebat eẽ possibile hominẽ esse. prudentẽ in aliquo negocio: imprudentẽ uero circa alia negocia. & hic talis homo a pho dicebatur nõ quidem prudens simpliciter: sed prudens fm̃ quid idest prudens in parte. unde uidetur possibile aliquẽ esse prudentẽ circa materiã unius uirtutis: licet circa alias uirtutes prudentiã nõ habeat. quod & de facto in aliq̃bus hominibus esse cognoscimus. quid autem circa hoc tenere uelimus: paulo postea ĩ solutione obiectionũ dicemus. ex dictis phi in hac parte notare poteris duo satis singularia. & satis difficilia. primo notabis neminẽ ad unam uirtutẽ aptum nasci quim ad oms aptus nascatur. q̃m si aliter diceremus: opporteret concedere unam uirtutẽ haberi posse sine aliis. quod phs hic dicit esse impossibile. secũdo notabis nec hodie nec ante hac aliquem purum hominẽ fuisse qui unicam habuerit uirtutem. si enim unicam habuisset: oms utiq; habuisset. quod de nemine puro hoĩe legimus. nemo enim ẽ nec fuit de quo dicere possimus operam dedisse circa materiam uniuerse uirtutis. q̃m ad id nec ingenium: nec uita hominis sufficit. hec igitur phi doctrina (quẽadmodũ alie plures) erit nõ de eo quod est: sed de eo quod esse poterit. sed contra determinationẽ phi in hac parte arguitur. & primo sic: quẽadmodũ est in factibilibus: sic uidetur esse in agibilibus. sed in factibilibus nõ est necesse eum qui unam habeat artem: alias habere artes. sic igitur dicemus in agibilibus: ut sit possibile quẽpiam prudentiã unius uirtutis habere sine hoc ꝙ habeat aliarum uirtutum prudentiã. secundo sic supra libro q̃rto dicitur esse impossibile pauperem esse magnificũ. nõ tamẽ uidetur phs negare quĩ pauper alias possit habere uirtutes. tertio sic: proprium uidetur eẽ operationis freq̃ntate habitum producere si materia sit disposita. sed est possibile ꝙ aliquis det operam circa materiam unius uirtutis: etiam si circa materiã aliarũ nunq̃m operetur. habebit igitur habitum illius uirtutis circa cuius materiam operam dederit: etiam si habitus aliarum uirtutum nõ habeat. solutio ad ista. ad primũ dicimus ꝙ quẽadmodum in factibilibus & in quolibet genere scientie nemo poterit habere artem aut scientiam

perfecte nisi uniuersa illius cognouerit principia. nō enī habebit perfecte geometriam qui aliquod principiū eius ignoret: sic igitur erit in agibilibus ut nemo perfecte habeat prudentiā nisi qui uniuersa eius habeat principia. principia uero prudentie sunt uirtutes. nemo igitur poterit habere perfecte prudentiā: nisi qui uniuersas habeat uirtutes. confirmatur etiam hoc. quia uniuersa hec reducūtur ad unicū principium. s. ad rationis regulā. ubi enim est unitas principii: necesse est ꝙ sit unitas habitus. dicamus igitur ꝙ ars & prudentia cōueniunt in hoc ꝙ neutra earū cōplecte haberi potest: nisi uniuersa illius principia intelligamus. differunt tamē: quia totius prudentie sunt eadem principia: nō tamē sūt eadem principia totius artis. ad alia duo cōmuniter dici solet ꝙ habenti unam uirtutē propter deffectū materie poterit alia de-

Patet autem ꝙ & si nō actiua esset: tamē opus erat eius quia particule uirtus est: & quia non erit electio recta sine prudentia neq; sine uirtute. Hec enī finis. Hec uero ad finem agere facit. Attamē nec prestat sapiētie: nec meliori particule: ut nec sanitati medicina. Nō eī utitur illa: sed prouidet ut fit. illius ergo grā iubet sed nō illi Preterea simile ut siquis ciuilem dicat pricipiū esse deorū quia disponit de omnibus que fiunt in ciuitate.

esse. & tamē quia oīum uirtutū est eadem prudentia: imprō poterit aliam uirtutē haberi si materia non desit. qui enī rem hēt in prōptu: uidet rem ipam habere. sicut cui modicū deest: uidetur nihil deesse ut dicitur secundo phiorū. sed quia sic dicēdo: nec primū nec alia duo uidētur plene enodata: alii aliter dicunt. distingunt enim duplicē uirtutis perfectionē: unam intrinsicā: & aliam extrinsicā. prima est que adquiritur ex ꝓpriis uirtutis operationibus. extrinsica perfectio est que uni ex aliis uirtutibus redundat. dicunt igitur ꝙ quātum ad perfectionē intrinsicā poterit una uirtus perfecte haberi sine aliis. & hoc modo locum habere dicunt rationes in oppositum factas. quantū uero ad oēm perfectionē. s. intrinsicā & extrinsicā est uerū qd̄ phs dicebat: nō esse possibile unicā haberi uirtutē sine aliis. & hanc quidē uirtutis perfectionē is solus habere dicitur qui cōtra uirtutē nullatenus faciet. & hec solutio mihi magis satisfacere uidetur. nam solutio prima nō uidetur stare. quelibet enim uirtus uidetur esse principiū tantūmodo eius prudentie que circa eiusdē uirtutis materiam uersatur. & oēs uirtutes simul unite uidentur esse principia totius siue totalis prudentie. sic etiam esse uidetur in factibilibus. principia enim unius generis factibilium unius artis tantūmodo dicuntur esse principia. oīum uero factibiliū principia totius siue totalis artis dicuntur esse principia. & queadmodū totius siue totalis prudentie principia reducuntur in unicū principiū. s. in rationis regulā: sic etiam est in factibilibus. in quibus primū principiū est rationis regula. itē solutio secūda nō uidetur stare. uidetur enī dissona dictis phi. cuius uerba hoc significare uidētur: ut q unā habet proprie uirtutē: oēs proprie uirtutes habeat. proprie quidē uirtus dicitur nō quidē ea que potentia: sed ea tantūmodo que actu existit. propter hoc igitur ut dixi opinio secunda mihi uidetur magis consona dictis phi. dicamus igitur ꝙ sit bene possibile quēpiam uirtutē unam habere perfecte perfectione intrinsica: etiā si nō habeat alias. Patet aūt. hic tertio epilogando concludit necessitatē prudentie. est enī manifestum prudentiā esse expetibilē propter duo. primo quia est uirtus & perfectio cuiusdam animi particule. secundo quia nō est electio recta sine prudentia. nec sine uirtute. nam uirtus rectā facit intentionē circa finē. prudentia uero ea dirigit que in finē ordinantur. quod aūt diximus uirtutē intentionē facere rectā circa finē: bifariam intelligi poterit ut nos extensius dixisse meminimus supra in capitulo precedenti. i paragrapho de eo aūt ꝙ nihil magis. quere ibi Ac tamē nec. hec est tertia pars huius capituli. ubi illā soluit questionē de cōparatione sapientie & ciuilis prudentie. dicens ꝙ ciuilis prudentia nec prestat sapientie: nec meliori animi particule. quasi dicat nec ꝑfertur sapientie: nec meliori animi particule. uerbū enim prestare hic a phō cōparatiue accipitur. s. pro excellere aut magis ualere. id aūt quod in oppositū obiciebatur nō concludit. quod phs hic per duo exempla satis propria atq; notāda manifestat. primū

est de medicinali scientia que ad sanitatem se uidetur habere sicut ciuilis prudentia
ad sapientiam. medicina quidem nõ utitur sanitate: sed prouider quẽadmodum sani
fieri possimus. itaqꝫ nõ precepit sanitati: sed sanitatis gratia. erit igitur sanitas longe
melior q̃m medicina ut pote finis his rebus que sunt ad finem. sic igitur est de ciui-
li prudentia respectu sapientie. nõ enim sapientie precepit: sed illius gratia. erit igi
tur sapientia longe melior q̃ ciuilis prudentia. secundũ exẽplum est de ciuili pruden
tia respectu dei. si enim ciuilem prudentiam dicamus esse meliorẽ sapientia ob id q̃d
aliqua ad sapiẽtiam preordinat: eadem ratione dicemus ꝙ ciuilis prudẽtia sit melior
q̃m deus. quẽadmodum enim ad sapientiã: sic etiam ad dei cultum nõ pauca sunt in q
bus ciuilis prudentia dicitur prouidere. ex dictis phi in hac parte poteris aliqua nota
re quibus in hoc libro nulla reperies utiliora. primo notabis hominis felicitatem nũ
posse consistere in operatione prudentie. nam felicitas est bonum ultimũ. ut habetur
supra libro primo. & expressius infra libro decimo. prudentie uero operatio in aliud
ordinatur atqꝫ refertur. ut in hoc loco phs dixit. nec locũ habet illa quorũdam duarũ
felicitatum uana distintio. quod infra libro decimo demonstrare intendimus. & extẽ
sius hoc demonstrauimus in repetitione q̃m de hac materia nuper edidimus. secũdo
notabis ultimũ finem prudentie nõ in appetitu: sed in intellectu cõsistere. cum eius
finis ut ex hoc loco patet sit sapientia quẽadmodum sanitas medicinalis scientie. nec
interest dicere sapientiam aut sapientie operationem. nam sapientie nomen pro uero
ꝙ accipi inoleuit. tertio notabis nullius esse momenti quorumdam demonstratõnem
qua cognantur demonstrare uirtutem moralem esse meliorem ciuili prudentia: prop
ter id ꝙ moralis uirtus finis existit ciuilis prudentie. patet enim ex hoc loco ꝙ ciui-
lis prudentie ultimus finis sit sapientia & non moralis uirtus. itaqꝫ moralis uirtus ẽ
eius finis quo. idest finis cui ex actione prudentie aliquod adquiritur cõmodum. nõ
tamen est finis cuius. idest finis quem ultimu intendat. finem uero quo non est neces
se esse meliorem rebus in finem ordinatis. nam si id concederemus: erit concedẽdum
creaturam esse deo meliorem. quarto notabis prudentiam in felicitatem referri excel
lentiori modo quam artem & scientiam. & ob eam rationem eis esse meliorẽ dicimus
ars enim & scientia in felicitatem referuntur ut bona in finem ordinata. prudentia
uero non solum sic: sed etiam in hanc ipsam felicitatem disponendo. quinto notabis e
undem esse finem sapientie & ciuilis prudentie. cum enim prudentia in sapientiam
referri dicatur: referetur utiqꝫ in sapientie finem. qui ut habetur infra libro decimo
est eius operatio. scilicet dei contemplatio. erunt igitur eiusdem finis. sed aliter & a
liter. nam ipsius sapientie est finem facere siue ellicere. prudentie uero est ad huius-
modi finem disponere. quanto igitur finem efficere aut ellicere melius est quam ad
finem disponere: tanto melior & excellentior sapientia quam prudentia existere di-
citur. & in his finis est huius libri sexti.

Incipit liber septimus.

Ost hec dicẽdũ ẽ alio sũpto principio q circa mores fugiẽdorũ: tres sũt spẽs. uitiũ. incõtinẽtia. imanitas. Horũ uero duob⁹ cõtraria manifesta sunt. Nã aliud uirtutẽ: aliud cõtinẽtiã uocam⁹. Aduersus aũt imanitatẽ maxime qs cõgrue opponat eã uirtutem q̃ supra nos ẽ heroycã quãdã & diuinã. Vt homerus de hectore facit priamũ dicentẽ eximia illũ bonitate pstare: neq uideri mortalis hoĩs fili⁹ eẽ sed dei. Itaq si ex hoĩb⁹ fiũt dii p excellentiã uirtutis ut aiunt talis quidẽ utiq erit his habitus qui imanitati opponit. Nã ut bestiarũ non ẽ neq uitiũ neq uirtus: sic etiam nec dei. Sed hec quidẽ preciosior ẽ q̃ uirtus. illa uero aliud quoddã genus improbitatis. Cũ aũt raro contingat uirum quempiam esse diuinum. ut Lacones dicere consueuere cum ualde aliquem admirantur diuinus est inquiunt uir. Sic & imanẽ quempiam inter homines raro aũt existere. Ac maxime inter barbaros ẽ. Fit autẽ quandoq ppter morbos & orbitates. Et q alios homines malignitate excedunt eos ac infami appellatione notamus. Sed de huiusmodi dispositione postea erit mentio faciẽda. De uitio autem dictum est prius. De incõtinẽtia uero & mollicie ac luxuria dicendum est. At simul de cõtinẽtia & cõstãtia. Nõ enĩ sic accipiendũ ẽ q̃si utraq iparũ sit idẽ habit⁹ q uirtus & uitiũ: nec etiã q̃si sint aliud genus. Oportet uero ut i aliis ita & hic positis his q̃ apparẽt ac dubitatõibus primo factis ostẽdere maxime qdẽ oĩa q̃ pbabilia sunt circa huiusmodi affectus: aut certe plurima iporum atq pcipua. Si enĩ soluant difficilia & relinquant ea q̃ pbabilia uident sufficiẽter erit ostensũ. Videt ergo cõtinentia & cõstãtia pbor & laudabiliũ eẽ. icõtinẽtia uero & mollicies iproborũ & uitupabiliũ. Idẽq ẽ cõtinẽs & cõstãs i rõne Ac icõtinẽs & is q rõnẽ omittit. Et icõtinens

Incipit liber septimus.

Ost hec dicẽdũ. Liber septimus i quo principaliter determinat de cõtinẽtia & incõtinẽtia. duos cõtinet tractatus. i ptĩmo ostẽdit qd utraq eatũ sit. & quibus modis dr. & qualiter ab aliis distinguit. Capitulum primũ diuidit fugiẽdũ i tria: ostendẽdo q̃ qbus hoibus sint conuenĩẽtia. narratq modũ pcedẽdi i hoc libro. habet itaq capitulũ hoc tres ptes. & primo enumerat fugiẽda & eorum cõtraria. quo aũt mõ hec iter se differãt infra in suis locis apperiemus. ut homerus. Hec ẽ scd'a huius capituli pars. ubi ptimo ostẽdit nobis inesse posse eã uirtutẽ q̃ heroica diuinaq dicit. & primo ex dicto homeri. & logt hic phs sm ritũ gẽtilium q asserebãt homines excellẽtes i uittute fore post mortẽ i deos cõuersos. ibi. Cũ aũt. ostendit ibi ex laconicorũ dicto. opponit itaq uirtus diuina imanitati; q̃ dr ab in qd ẽ nõ & manu quod ẽ bonum. ue sit imanitas q̃si sine bono. ibi. Ac maxime. tãgit tres modos qbus hoĩes fiũt bestiales. Et ex his habes qd pprie sit imanitas ille enĩ insolentie q̃ egrediunt cõmunẽ modũ delinquẽdi imanitates dicunt. & barbari dicũtur extranei; ide soleuit ut uniuersos hoĩes a rõne alienos barbaros dicamus. eas itaq gẽtes q̃ a rõne & uita humana sũt alienẽ phs barbaras appellat. fuerat qdẽ grecorũ tanta supbia ue fere uniuersos hoĩes preter se barbaros appellarent. q̃ supbia postea ad romanos trãslata ẽ. & hac de cã cũctis gentibus dñari summope laborarũt. ibi. Sed de huiusmodi. ostendit qd de talibus sit dictũ & qd restet dicẽdũ. & sumit hic a phõ habitus large. nã cõtinẽtia & incõtinentia: mollicies & cõstãtia ac luxuria nõ dicũt habitus saltem pfecti: sed potius ad habitus dispositiões Oportet uero. hec ẽ ultima huius capituli ps. i q̃ prio

narraṫ modū ꝓcedēdi circa ꝑfa-
ta.ibi. Videṫ ergo. iuxta or-
dinē ꝑfatū tangit sex dicta ꝓba
bilia:quorū tria ptinent ad con
tinentiam & constantiā & earū
opposita. qui uolet: poterit hāc
dicere quartam huius capituli
partem.& sicut erunt totius ca
pituli q̄ttuor ptes.ibi. Et tē-
peratum. addit alia duo ꝓbabi-
lia que sumunṫ per comparatio
nē earū ad alia.ibi. Insuper i-
cōtinētes.tangit sextum ꝓbabi
le.quod ex pte materie attendiṫ
Et in fine epilogat dicēs. ea igi
tur que ab aliis dicunṫ ista sunt
Pro iunioribus ē aduertendum
ꝙ ꝓbabilia dicunṫ. nō quidē ea
que uera sunt:sed ea que omni-
bus aut pluribus uera esse uidē
tur. itaqꝫ talia que omnibus aut
pluribus uisa sunt:siue uera:si-
ue falsa sint.ꝓbabilia dicuntur
hec est doctrina aristotelis pri-
mo ethico.ubi hec dicit eē ꝓba-
bilia.& his adiūgit id quod so-
lis peritissimis hoībus uidetur.

Veteret aūt capitulum se
cūdum.i quo mouenṫ sex
dubitatiōes circa sex ꝑfata ꝓba
bilia.& ita habebit hoc capitu-
lū sex partes principales.nō ta-
mē eo ordine ꝑponit dubia quo
probabilia. mouet itaqꝫ primo
dubitationē circa tertiū ꝓbabi-
le circa quod ꝑponit dubium.&
arguit pro una parte. ibi. At
hec.arguit ꝓ parte cōtraria:ibi
Sed sunt. tangit quorūdā fal
sam solutionem.ibi Quod si
opinio.excludit ꝑfatam solutio
nem. Prudentia igiṫ resisten-
te.in qua mouetur secunda du-
bitatio que est circa quantum ꝓ
babile. & primo mouet dubiū.
& arguit ꝓ una parte.ibi. Ce
terum. arguit ad partem negati
uam.& hoc dupliciter.secunda
ibi.Et insuper. Sequitur illa
ps Preterea. ubi dubitatur cir-
ca q̄rtum ꝓbabile.& arguit ostē
dēdo cōtinentē nō esse .idē cum
tēperato.

q̄dē sciēs q̄ praua sunt facit ꝓpter cupiditatē.
Cōtinēs uero sciens ꝙ cupiditates praue sunt
eas non seqṫ ꝓpter rōnē. Et tēperatū quidē
cōtinētē & cōstantē ac talē. alii omnimodo tē
peratū.alii nō & itemperatū incōtinētē:& in-
cōtinētē itemperatū ꝓmiscue uocamus.Inter
dū uero alios eē dicimus. Et interdū aiunt
fieri nō posse & prudēs sit incōtinēs. interdū
dū uero quosdā prudētes & solertes incōtinē
tes esse. Insup incōtinentes dicunṫ & ire &
honoris & lucri. Ea igiṫ q̄ dicunṫ ista sunt.

Veret aūt aliqs q̄uo fieri possit ut q̄sq̄
sane mētis incōtinēs sit. Dicūt qui-
dā fieri nō posse in sciente.Nā difficile ē ut so
crates putabat si sciētia adsit aliud quicq̄ pre
ualere.ac ueluti mācipiū in seruitutē trahere
Socrates enī cōtra incōtinētiā omnino pugna
bat q̄si illa nō eēt.Neminē enī intelligentē fa
cere cōtra id quod optimū sit.Sed eos qui faci
unt ꝑ ignorātiam facere. At hec rō manife-
ste dissentit ab his q̄ apparēt & opportunum
ē de affectu inquirere.si ꝑ ignorātiā quis mo-
dus ignorātie fiat. Quod enī nō putat qui in-
cōtinētia utiṫ priusq̄ in ꝑturbatiōe cōstitutꝰ
sit manifestū ē.Sūt q̄dā q̄ ptim assentiunt.so-
crati ptim nō assentiunṫ. Nā nihil eē potētiꝰ
q̄ sciā cōfitenṫ. Et ꝓpterea dicūt icōtinētē nō
sciētiā habētē: sed opinionē supari a uolupta-
tibꝰ. Quod si opinio ē ac nō sciā neqꝫ firma
existimatio q̄ repugnat:sed remissa ut i ambi-
gētibus uenia dāda ē si nō ꝑsistit i illis contra
uehemētes cupiditates. Ac prauati nō ē uenia
neqꝫ alteri cuiq̄ uitupabiliū. Prudētia igiṫ
resistēte.Hec enī ualidissimū q̄ddā ē. Cete-
rū absurdū q̄a unꝰ & idē erit siṫ prudens & in
cōtinēs. sed diceret nō eē prudētis spōte agere
illa q̄ sūt praua. Et insup ostēsū ē prīꝰ pru-
dētē in agēdo uersari. Nā extremorū ē & alias
habēs uirtutes. Preterea si in habēdo cupi-
ditates uehemētes & improbas cōtinēs ē.non
erit tēpatꝰ cōtinēs. neqꝫ cōtinēs tempatꝰ. Nō
enim est tēpati uehemētes habere neqꝫ impro

bas .At idē qdē oportet. Nā si bone sunt cupiditates: prauus ē is habitus q nos ab earū psecutiōe repellit. Itaq; nō oīs cōtinētia studiosa. Quodsi ibecilles & nō praue nihil egregium Sin praue & ibecilles nihil magnū. Preterea si i oī opinione psistere facit cōtinētia praua ē ut puta si etiā i falsa. Et si ab oī opinione dimouere facit icōtinētia erit q̄dam incōtinentia laudabilis. Vt ne ptolomeus ille apud Sophodem laudat: q̄ nō pmaneat in his q̄ sua ferat. Vlixes ppter molestiā mētiendi. Idē ē i captiōibus sophistarū. Illi enī cū uideri uelint supra modū acuti: ac mirabilia q̄dā iptobare eorum silogismus insolubilis fit. ligatur enī mēs cū acqescere nolit cōclusiōi nō placēti: nec pcedere ultra ualeat: q̄m quēadmodum soluat non habet. Cōtingit uero aliq̄ rōne i prudētiā cū icōtinētia eē uirtutē. Propter icōtinētiā enī cōtraria faciet eorū q̄ cēsebat. Cēsebat aūt bona esse mala: nec agere illa oportet. Ita bona & non mala aget. Insup q uoluptates ex eo seqt: & elegit q psuasus ē potior esse uidebit: q̄ id q nulla ductus rōne sed p incōtinētiā facit. Est enī & ille sanabilior q̄m dissuaderi pōt. At icōtinēs puerbio subiacet quo dr Si aq̄ fauces excicat qd iā portare oportet. Nā si suasus ageret: dissuasus utiq; cessaret. Nunc uero nō suasus alia nihilominus agit. Preterea si circa oia ē icōtinētia: & cōtinētia quis ē simpliciter incōtinēs. Nullus enim habet icōtinētias oēs sed dicimus eē quosdā simpliciter. Dubitatiōes igitur quedā contingunt Harū alique soluēde sunt alique relinquende. Nā solutio dubitationis inuentio est.

Rimū igit cōsiderādū ē utrū scientes uel nō & quomodo sciētes. Deinde circa qualia continentem & incōtinentem ponere debemus. Dico utrū circa omnes uoluptates & dolores an circa aliq̄s determinatas. Et utrum idem sit contines & constans: an alius eodēq; modo de ceteris que pertinent ad hanc questionē. Principium considerationis est

Sequitur illa pars Preterea si i omni opinione. ubi dubitat circa secundum pbabile. & arguit primo contra rationē continentie. ibi. Et si ab omni . arguit contra rationem incontinentie & hoc sm rationes tres. secūda ponitur ibi. Idem ē & in cautionibus. tertia ibi. Cōtingit uero. Sequit illa pars Insuper qui. ubi mouet dubitationē circa primū pbabile: quod ē circa bonitatem continētie & prauitatē incōtinentie. & arguit ostēdendo incōtinentē esse deteriorē intemperato Sequit illa ps Preterea si circa omnia. ubi mouet & arguitur sexta dubitatio circa sextum pbabile. In fine ibi. Dubitatiōes igit. epilogat.

Rimū igitur. capitulū tertiū in quo soluitur prima dubitatio de prefatis. quattuor habet partes. In prima intentionem. secundo quedam necessaria premittit. ibi. Principiū. In tertia remouet quorundā falsam solutionem. ibi. Vtrū uero i quarta ponit uera solutio. ibi.

Sed cum dupliciter. prima diuiditur in duas. in prima intentum premittit . in secūda idpm exponit. ibi. Dico aūt. Sequit illa pars. Principiū cōsiderationis. ubi ad solutionē pfate qstionis interponit solutionē aliarū duarum questionum. & primo illas questiones pponit. secūdo eas soluit ibi. Nō enim. & prio soluit secundam. secūdo primā ibi. Nec ex eo. huius quoq secūde solutionē expōit ibi. Ille qdē

Sequiť illa tertia pars. Vtrũ
uero. ubi aristoteles eos redar-
guit qui putauerũt esse possibi
le quem facere cõtra opinionẽ:
nõ aũt contra sententiã. Sequiť
illa pars quarta. Sed cũ dupli
citer. ubi ponitur uera solutio
prefate dubitatiõis. circa quod
primo p̃mittit tres distinctiões
sciendi. ex quarum qualibet ma
nifesta fit solutio p̃fate dubita-
tiõis. secũdo ibi. Preterea cum
duo. tertia ibi. cõtingit etiã. se-
cũdo ibi. Dicere aũt. respondet
ad id quod posset in cõtrarium
obiici. tertio ibi. Insuper. & isto
modo poniť quarta solutio p̃fa-
te questiõis sm aliquos. & ꝑ eis
facit quod subiicit. Et isto mõ.
ubi igniuiť ꝙ alio modo questio
illa fuerit soluta. sm alios appli
cãdo p̃fatas distinctiões ad ꝓpo
situm soluit p̃missam questionẽ
& sm naturalẽ ꝓcessum sciẽtie
practice quam quis habere dici
tur cum operatur. & habet hec
pars tres partes. primo ꝓponit
huiusmodi ꝓcessũ. secũdo osten
dit qualiter accidat defectus in
ipo incõtinẽte. ibi. Quando
igiť. tertio soluit rationẽ socra-
tis incontrariũ factã. ibi. Cũ
uero ultima. prima indiuisa exi
stit. secũda uero diuidiť in tres.
nam primo ostendit aliquid in
ipo incõtinẽte ꝓhibens. secũdo
tangit causam p̃fate repugnan-
tie. ibi. Nõ cõtraria. tertio ostẽ-
dit qualiter soluatur prefata re
pugnãtia. ibi; Quomodo aũt
circa partem primam duo facit
primo ponit effectũ. secũdo cau
sam. secũda ibi. Si uero cõcupi-
scenria. Sed quia hec pars ẽ uti-
lior & difficilior que sit in toto
isto capitulo. hac de causa ipam
lego. Pro cuius intellectu consi
derandũ: incõtinentis duas esse
uniuersales ꝓpositiones. unam
quã rõ ipa ꝓponit. secunda quã
ipa cõcupiscẽtia: uel sub q̃ assu
mit cõcupiscẽtia. Dicit itaq; qñ
igiť ꝓpositio uniuersalis quam
scilicet ꝓponit recta rõ adest. q̃
ꝓpositio ꝓhibet gustare. utpu-
ta nullum dulce esse gustãdum:

utrũ cõtinẽs & incõtinens sint in eo quod cir
ca que uel in eo quod qualiter habentes diffe-
rentiã. Dico autem utrũ circa hoc sit inconti-
nens solum. uel nõ: sed ex ambobus. Deinde si
circa oĩa ẽ incõtinẽtia & cõtinẽtia uel non.
Nõ enim circa oĩa ẽ simpliciter incõtinẽs: sed
circa que intemperãs. Neq; ex eo quia sim-
pliciter ad hec se habet. Nã idem eẽt ꝙ intẽpe
rãtia q certo mõ se habet. Ille qdẽ cũ electione
duciť putãs oportere semp seq p̃sentem uolu-
ptatẽ hic aũt nõ putat qdẽ oportere attamẽ se
quiť. Vtrũ uero illa q̃ trãsgrediẽtes incõti-
nẽter agũt opinio uera sit an scia: nihil refert
ad p̃sens. Quidã enim ex his qui opinãtur nõ
dubitãt: sed putãt se ꝓ certo scire. In eo igitur
ꝙ remisse credũt q opinãtur & ob hoc magis
agũt cõtra id qđ cẽsebãt agendũ nihil differt
scia ab opinione. Nam qdã ut heraclitus ostẽ-
dit nõ minꝰ opinioni credũt q̃ alii scie. Sed
cũ dupliciter dicať scire. Nã & q habet scien-
tiã & nõ utitur & qui utitur. Differẽtia erit si
habẽs & nõ cõsiderãs agat que nõ oportet. uel
si habẽs & considerãs: hoc enim pergraue erit
sed nõ nisi consideret. Preterea cũ duo sint
ꝓpositionum modi nihil ꝓhibet cum qui am
bas habeat agere preter scientiã. utẽdo uniuer
sali sed nõ particulari. Nã agibilia singularia
sunt. Differt etiã uniuersale: nã aliud in se
est aliud in re.: ceu cũctis hominibus sicca ꝓ-
desse: & hũc esse hominẽ uel hoc tale eẽ siccũ.
Sed si hoc tale aut nõ habet: aut nõ operatur ꝑ
hos modos tãtũ differt q̃ uix dici potest. ut ui
deatur nihil absurdum quod isto modo sciat.
Alio aũt mõ absurdũ. Cõtingit etiã alio mõ
q̃ supradictũ sit habere sciẽtiã. Nã in habẽdo
sed nõ utẽdo uariũ cernimus habitũ. ut & ha-
beat quodãmo. & nõ habeat ceu dormiẽtem &
ebriũ. Atq ita disponunť q in ꝑturbatiõibus
sunt. Ire nãq; & cupidines uenereorũ ac huius
modi q̃dã corpus distrahũt manifeste Nõ nul
los etiã in furorẽ redigũt. Patet igiť ꝙ dicẽdũ
ẽ incõtinẽtes illis similiter se habere. Dice

